GLOSSARIA LATINA

IUSSU ACADEMIAE BRITANNICAE EDITA

III

ABSTRUSA, ABOLITA

EDIDERUNT
W.-M. LINDSAY · H.-J. THOMSON





1965

GEORG OLMS VERLAGSBUCHHANDLUNG
HILDESHEIM

Reprografischer Nachdruck der Ausgabe Paris 1926
Mit Genehmigung des Verlages Les Belles Lettres, Paris
Printed in Germany
Herstellung: fotokop, Reprografischer Betrieb GmbH, Darmstadt
Best. Nr. 5100863

PRAEFATIO

Iam in praefatione vol. II dixi socios meos in hoc vasto opere plenissimam mihi licentiam concessisse amplificandi ea quae scripsissent, refingendi, decurtandi ; teque, lector, iussi, siqua vitia in his paginis detegerentur, mihi quoque ipsi meam vitiorum partem imputare. Quae verba hic iterare necesse habeo ; tam longe Abstrusa glossarium, quale hic editur, ab ea forma differt quam mihi Thomson meus edendam commendavit.

Quoniam haec duo glossaria, Abstrusa et Abolita, velut thesauri erant unde materiam hauserunt modo non omnes qui postea extiterunt glossariorum conditores, in votis erat ut uniuscuiusque glossae fontem tibi indicaremus. Quod quidem fortasse efficere potuissemus si in codicibus qui nobis praesto sunt pristina glossarum dispositio (velut in Arma, vol. II), pristina glossarum forma satis servatae essent. Sed scribis, vel potius scribarum magistris, semper in mente erat Isidori (Etym. 1, 30, 1) dictum, singulas interpretationes debere vocem illam de qua requiratur uno et singulari verbo designare. Unde factum est ut novi quique glossarii transcriptores pristinam glossarum formam magis magisque decurtarent ; porro, legentium commodo obsecuti accuratiorem alphabeticam ordinationem postulantium, magis magisque pristinam glossarum dispositionem everterent. Denique qui se Abstrusa glossario occupabant, ne lemmatibus quidem temperantes, verbum quodque in tertia persona singulari indicativi praesentis, nomen quodque in casu nominativo singulari exhibebant ; quid multa ? pristinam glossarum et formam et dispositionem ita obtegebant ut glossarum Abstrusa fontes raro indicare audeamus.

Attamen, quamquam noluimus ubique viae tibi indicium ponere, cave credas omnia esse invia. Sat habuimus demonstrare glossas Abstrusa maximam partem ex scholiis Vergilianis provenisse, aliquot etiam ex Sacra Scriptura. Tu igitur, si demonstratio nostra placuit, ex cognitis incognita nosce, et nobiscum v. g. AB 1 (Abstrusa : abscondita) ad Aen. 6, 7 (*abstrusa in venis silicis*), ceteras eiusmodi glossas Lexico Vergiliano fretus ad eum versum qui tibi placebit revoca, AB 2 (Abdicat : a se alienat vel respuit) ad scholium aliquod Vergilianum. In scholiis enim Vergilianis infinita copia erat ; et credimus — teque credere volumus — ad hunc fontem plerasque Abstrusa glossas esse revocandas. Quodsi credere noles, non male feremus ; nam fatemur potuisse conditorem priore, nunc deperdito glossario aliquatenus uti : unum illud nullo modo, nulla ratione feremus, si Ritschelianorum viam secutus sic tecum disputabis : Hoc

lemma vox est Catoniana; glossarium igitur Catonianum in manibus erat conditoris Abstrusa glossarii : Illud lemma vox est Luciliana ; glossarium igitur Lucilianum antiquitus traditum praesto ei fuit : Haec vox in Sallustii Historiis apparet ; evolverat igitur ipse glossarii conditor Historias Sallustii, inde hanc vocem (neque praeter hanc voces alias) tamquam lemma in glossario suo posuerat addideratque eam interpretationem quam ipse excogitaverat. Quasi vero glossarii Abstrusa conditori tanta librorum copia praesto esse posset, tanta doctrinae antiquitus traditae ! Quasi vero tam doctus vir esset, tam laboriosus ut innumeros scriptores antiquos huius causa glossarii evolveret eodem modo quo apes, latum pervolantes campum, ex mille floribus mille particulas mellis extrahunt ! Immo tu lege ea quae alibi scripsi (St. Andrews University Publications XIII praef., p. VII ; English Society Publications VIII, p. 1 ; Bulletin Ducange I, p. 16) et disce quomodo et quam temere glossaria facta sint ; porro tu fontibus certis, dummodo ad eos glossae glossarii omnes satis apte referri possint, noli novos sine causa adicere, memor sapientis Gulielmi qui dixit : « Entia non sunt multiplicanda praeter necessitatem. »

Disce etiam glossas solere esse fertiles, et ex una glossa posse alias oriri. Noli igitur postulare pro unaquaque glossa suum proprium fontem. Velut, si incides in glossas duas, *Serit* : *seminat*, *Sevit* : *seminavit*, sic tecum disputato : Potuit sane glossarii conditor in versu Vergiliano praesentis temporis formam invenire, in altero versu perfecti ; idem tamen potuit nonnisi *serit* (*-is*, *-imus*, etc.) invenire et ipse ea mente novam glossam *Sevit* : *seminavit* addere ut sui discipuli intellegerent verbi coniugationem. Semper enim illud in memoria tenendum est, glossaria a monasteriorum praeceptoribus in usum discipulorum esse condita ; eos praeceptores ipsos et postea eos qui librariis praeerant multa refinxisse, multa in margine aut explicandi causa aut emendandi addidisse ; multas igitur glossas revera advenas esse et aut conditoribus ipsis aut subsequentibus correctoribus esse imputandas. Quae si tecum reputabis, concedes nos, si novem partes glossarii ad fontes proprios revocavimus, de tribus quoque quae restant partibus posse nostro iure esse securos, non minus quam arborum caesores qui, silvam centum arborum aggressi, postquam centum truncos reportaverunt, securi esse solent de rubis fruticibusque qui circa arborum pedes accreverunt.

Denique, quoniam speramus philologos hac editione adiutos nova reportaturos esse tropaea, et ex Abstrusa glossario aliquatenus Donatianum in Vergilii poemata commentum, ex Abolita glossario aliquatenus eas partes Festi de Significatu Verborum libri quae iam desiderantur esse restituturos, permitte mihi ut exponam quid de tota re sentiam. Sic enim mihi fingo glossaria duo esse orta.

Extitisse non post saeculum septimum Abstrusa credo, siquidem id glossarium iam scriptori hymni qui vocatur Altus et Aethico Histro praesto erat (Class. Quart. XVII, p. 198) et Aldhelmi tempore (cum Abolita Glossario) increbuerat (Engl. Phil. Soc. Publ. VIII). Isidoro nullam glossam refert acceptam, nam raras quae Isidorianae sunt, vel potius videntur esse, aut adiecit postea nescioquis aut revera ex eodem fonte (scholiis Vergilianis Donati, puta)

atque Isidorus conditor ipse sumpsit. Quomodo igitur extitit glossarium ? Sic mihi conicio, sic — dicent critici — somnior. Quemadmodum alii aliquot magistri Etymologias Isidori tamquam vastum glossarum thesaurum adhibuerunt, ita noster Scholia Vergiliana (a Servio aliena) adiit, thesaurum nihilo minus copiosum.Brevitati non nimis studuit, quippe qui non interpretationes tantum excerpserit, sed eis etiam scriptorum locos a scholiasta (Donato, puta) ad interpretationem illustrandam citatos adiecerit. Earum satis redundantium glossarum plurimas nobis conservavit ille glossariorum coadunator quem Ansileubum vocare solemus ; quamquam ne Ansileubus quidem dubitavit lacerare, comminuere, in tres vel quattuor glossulas unam glossam discindere, fragmenta discissa per longe diversas ingentis voluminis partes dissipare (cf. vol. I, praef.). Sed pristina ea satis ampla glossarum Abstrusa forma cui Ansileubus aliquatenus parcebat mox eandem fortunam est experta quam ipse Ansileubi in multis qui extant codicibus liber, qui non plenum Ansileubi glossarium sed epitomam eius exhibent, plerumque ita confectam ut, citationibus praetermissis, nonnisi interpretationes, et illae quidem saepe decurtatae et refictae appareant (cf. Palae. Lat. III, p. 23). Atqui hic vel ille codex in hac vel illa glossa vestigium amplioris formae casu felice conservavit ; neque minus felice casu *A* et *B* glossarii Abstrusa codices pleniorem eius glossam identidem exhibent, verbi gratia

(IN 254) Intrio : infundo, vel<ut> (Ter. Phorm. 318) « tute <hoc. intristi »>. (*A*).
Intrio : infundo. (*B*).

(Illud *intrio* ne Donato imputaveris sed conditori glossarii. Donatus, puto, scripserat — haud scio an ad Geo. 1, 46 — Intritum : infusum, et intristi : infudisti, etc. Nam Ansileubus (1) exhibet duas glossulas : *Intrio* : *infundo*, *Intritum* : *infusum*.)

In decurtandis interpretationibus saepe *A* non tam longe quam *B* processit :

(FA 41) Flamonium : honor pontificalis aput Gentiles, quo qui functus fuerit apicem optinet dignitatis et dicitur flaminalis. (*A*, *Ansil.*)
Flamonium : honor pontificalis aput Gentiles. (*B*).

(Illud *aput Gentiles* documento est conditorem Abstrusa glossarii magistrum fuisse monasterii.)

(AM 14) Amaracus : genus floris, unde et amaracinum unguentum fit. (*Ansil.*)
Amaracus : genus floris. (*AB*).

(Eandem decurtatam formam exhibent nostri duo codices.)

(1) Ansileubo praesto fuisse et codicem Abstrusa pleni et codicem Abstrusa epitomati constat. Credo eum sic duos testes adhibuisse ut breviori testimonio non totum alterum sed tantummodo partem desideratam adiecerit. Unde fit ut ex glossa *Ianitor* : *ostiarius vel custos ianuae* (*A*), pro qua erat in epitoma nonnisi *Ianitor* : *ostiarius* (*B*), hae duae apud Ansileubum glossulae emanaverint, *Ianitor* : *ostiarius*, *Ianitor* : *custos ianuae*. »

(IA 8) Ianiculum : mons est in urbe Roma, unde [Ianum vel] Ianuarius mensis nomen accepit. (*A*, *Ansil.*)
Ianiculum : mons est in urbe Roma. (*B*, ut vid.)

(Scriba archetypi Abstrusa scripserat *Ianuarius* per compendium *Ianu.* Corrector plenam vocem supra lineam vel in margine adposuerat.)

(FE 9) Foenix : avis regia, unde foenicium, id est miniatum, nomen accepit. (*B*, *Ansil.*)
Foenix : avis regia. (*A*).

(Rarum decurtatae formae in *A*, plenae in *B* exemplum.)

Ecce aliquot exempla fertilium glossarum :

(CA 115) Calathum : canistrum, id est cartallum.
(CA 118) Cartallum : canistrum.

(Si solam hanc haberemus, non illam, dubitaremus fontem in scholio Vergiliano quaerere.)

(LU 1) Lubricus : labilis, lenis, nitidus.
(LU 3) Lubricus : nitidus.
(LU 12) Lubricus : labilis vel lenis.
(LA 14) Labilis : lubricus.

(Ecce tergeminam prolem !)

(CA 119) Cancer : forceps aut ulcus.
(FO 16) Forceps : ulcus aut cancer. (!)

(Hanc si conareris vel ad fontem referre vel etiam explicare, haereres, nisi illa adesset.)

(UL 7-8) Ultimus : novissimus. Ulterius : amplius. (*Ansil.*)
Ulterius : novissimus vel amplius. (*A*)
Ulterius : novissimus. (*B*)

(Conflatio duarum glossarum archetypo Epitomae imputanda est.)

(FU 5) Fulvum : flavum aut rubeum.
(FA 45) Flavum : rubeum.

(Male intellecta erat vera glossa *Fulvum* : *aut flavum aut rubeum.*)

(GE 10) Gentis honos : <stemma,> generis nobilitas.
(ST 8) Stemma : generis nobilitas.

(Quis auderet alteram ad Aen. 4, 4 revocare, nisi viam prima monstraret ?)

(CU 34) Cudere : excludere, percutere, cudendo proferre vel incude facere.
(KA 9) Kadere : caedendo proferre.

(Semidoctus quidam, seu conditor ipse glossarii seu subsequente aevo corrector, quo derivativam glossam longius a principali amoveret, *ka-* pro *ca-* scripsit, neque intellexit verum lemma Cudere esse, non Cadere. Noli autem putare eum Kudere scripsisse, nam littera K nonnisi ante vocalem A adhiberi solet.)

Quid ? satisne lucide, si breviter, exposui quid de Abstrusa sentiam ? Audi nunc de Abolita ; sed prius unum hoc exemplum accipe discissae et disiectae Abstrusa glossae, et ex uno disce omnia :

(EQ 3-4) Equitatus : numerus equitum. Eques et equester : unum est.
(PE 8 ; 11) Peditatus : numerus peditum. Pedes et pedester : unum est.

Quae integra, non disiecta, steterunt in codice Abstrusa illo quem conditor glossarii Corp. adhibuit.

(Corp. A 332-3) [A]eques et equester unum sunt. [A]equitatus et peditatus : numerus equitum et peditum.

Infra dicam in praefatione mea altera de codice (*A*) iam memorato Abstrusa glossarii cuius in margines infertae sunt tot Abolita glossae quot locum ibi invenire potuerunt, et de Bavarica coadunatione (*Gloss. Monac.*) glossariorum cuius auxilio codicem Abolita glossarii proprium, nunc deperditum, quasi per transennam aspicere possumus. Hic praebebo exempla Festinarum Abolita glossarum, ut discas Festum nullo modo exscriptum esse in Abolita. Festus scripserat.

(160, 3) Nequinont pro nequeunt, ut solinunt ferinunt pro solent et feriunt, dicebant antiqui. Livius in Odissia « partim errant, nequinunt Graeciam redire ».

Quae conditor Abolita glossarii excerpsit, ea sunt in duas glossas discissa in *A*.

(NE 22) Nequinunt : pro nequeunt, ut <solinunt pro> solent.
« Nequi<n>unt Graeciam redire. »

(Quia duae partes ab eisdem litteris NE incipiunt, vicinae manebant.)
Paulus Festi epitomator haec habet.

(16, 23) Ausoniam appellavit Auson, Ulixi et Calypsus filius, eam primum partem Italiae, etc... deinde paulatim tota quoque Italia quae Appennino finitur dicta est Ausonia ab eodem duce, etc.

Ecce iterum duas glossas in *A*.

(AU 1) Ausonia Italia dicta.
(AB 15) Ab Ausone, Ulixis et Calypsus filio.

(Quia duae a diversis litteris incipiunt, subsequens corrector, qui strictiorem alphabeticam ordinationem imposuit, inclusit illam in capitulo AU, hanc in capitulo AB.)
Festus scripserat.

(256, 4) Profanum : quod non est sacrum. Livius... Plautus « sacrum an profanum habeas parvi penditur ».

Quae glossarii conditor excerpsit, discissa erant a librario Hispano, Hispanicam Latinitatem adhibente.

<Provanum : non sacrum.>
« Provanum aves, parvi pendetur. »

Quorum membrum prius ex *A* excidit.

(PRO 92) Provanum : aves partui perdetur.

(Saltem haec sunt in uno codice ex *A* descripto, nam in recentiore evanuit tota glossa.)
Festus scripserat.

(258, 20) Plutei dicebantur crates corio crudo intentae quae solebant opponi militibus opus facientibus et appellabantur militares. Nunc etiam tabulae quibus quid praesepitur eodem nomine dicuntur.

Quae excerpsit glossarii conditor satis servavit *A*.

(PL 11) Plutei : proprie crates corio contectae quae in opere faciendo hostibus obiciuntur.

(Illud *contectae* scripsitne conditor pro *intentae*, ut facilius intellectu ?)
Paulus habet

(38, 18) Carissam apud Lucilium vafrum significat.

Haec *A*.

(CA 17) Carissa lena est dupla.

(Sed ex glossario Abba, quod hanc glossam ab Abolita mutuatum est, discimus conditorem Abolita glossarii non *dupla* sed *vafra* scripsisse.)
Festus Verrio oblocutus erat.

(222, 6) Orcum quem dicimus ait Verrius ab antiquis dictum Urgum.. Sed nihil affert exemplorum ut ita esse credamus, nisi quod is deus nos maxime urgeat.

Obloquitur Paganis conditor Abolita.

(OR 32) Orcus secundum stultitiam Gentilium deus inferni dictus, ab urgendo mortem.

(Si recte haec reficta verba conditori ascribo.)
Festus scripserat

(226, 4) Petulantes, et petulci etiam, appellantur qui protervo impetu et crebro petunt laedendi alterius gratia. Virgilius in IV Georg. « neque oves haedique petulci floribus insultent »... Et Afranius in Ida « Nostrum in conventum aut consessum ludum lapsumque petulcum ». Interdum pro veloce usi videntur antiqui, ut hoc versu intelligi potest « Exilivit quasi petulcus quidam. pedibus convibravit ».

Quae excerpsit glossarii conditor, ea sic discissa et lacerata exhibet *A*.

(PE 52) Peticus (*immo* Petulcus) : qui amat petere aliquem.
(PE 53) Petilius (*immo* Petulans) : qui supra.
(PE 54) Petunt : adpetunt, invadunt.
(PE 56) Petulcum : lascivum.

(Si recte refero tertiam glossulam ad interpretationem supra illud Festi *petunt* scriptam, et quartam ad interpretationem supra illud Afranii *petulcum* scriptam.)

Quibus ex exemplis satis apparet reficta esse in usum monachorum studiosorum verba Festi, et codicem Festi a conditore Abolita glossarii adhibitum interpretationes inter lineas (vel in margine) appositas habuisse, quae a conditoris librariis in glossarium admissae sunt. Sicubi igitur Festus nonnisi etymologiam vocis praebuerat, suspicor codicis glossatorem saepe interpretationem eius vocis adiecisse. Sed hoc valde interest scire : Utrum ipse conditor verba Festi excerpsit, an excerpta in marginibus codicis a se adhibiti invenit ? Tu, lector, responde ; nam quid respondeam non habeo.

Vides, lector benevole, nobis, dum conamur glossas Abstrusa et Abolita ad fontes suos revocare, opus tam periculosae plenum aleae incidisse ut tu, dum legis, non minus cautus debeas esse quam benevolus. Nobis enim, fatemur,

quae placuerat prius sententia, ea saepe est nunc abiecta. Quin etiam glossas quas prius in hoc glossario incluseramus nunc illi vindicamus, ita ut glossarum prior numeratio nonnumquam sit turbata. Melius tamen visum est priorem numerationem obtinere, nequi in adnotationibus aliubi te ad id capitulum referentibus errores subsisterent. Hinc illud tam saepe scriptum « in numerando peccavimus ». Age, ignosce peccatoribus.

W.-M. Lindsay.

SIGLA

v cod. Vat. lat. 3321.
a cod. Casin. 439.
b cod. Vat. lat. 6018.
c cod. Par. lat. 2341.
d cod. Par. lat. 7961 (qui continet nonnisi BR 2-PRO 37).
A lectio codicibus *va* exhibita aut indicata.
B lectio codicibus *cd* exhibita aut indicata.
C lectio glossariorum quae ex Abstrusa materiam hauserunt.
A marg. lectio codicum *va* inter glossas Abolita.
Ansil. Liber Glossarum seu Glossarium Ansileubi (vide vol. I).
Gloss. Monac. coadunatio Bavarica glossariorum plurimorum cuius fragmenta eruta sunt ex involucris codicum Monacensium (cf. Goetz C. G. L. I, p. 302 ; apographum suum Goetz mihi transtulit).
Palae Lat. Lindsay, Palaeographia Latina.
Corp. Glossarium Latino-Anglum collegii Corporis Christi Cantabrig., ed Lindsay.
Abba glossarium Sangallense.
Arma vide vol. II.
Ancient Lore St Andrews University Publications XIII, ed. Lindsay et Thomson.
Gloss. Verg. glossarium Vergilianum (vel potius glossae ex Vergilii codice collectae) (ed. Goetz in C. G, L. IV, pp. 427-470).
Gloss. Bed.-Plac. glossarium ex Beda, Placido, etc., haustum (Vat. lat. 1469, ff. 162-223).

ABSTRUSA

EDIDIT

H.-J. THOMSON

PRAEFATIO

Hoc glossarium cum ante paucos annos tractarem (1) glossas Vergilianas permultas ei inesse ostendi easque cum Servi et Servi Danielis quem vocant commentariis et cum Adamnani quae fertur scholiorum sylloge artiore quodam vinculo coniunctas ; quoniam autem hi omnes magna ex parte Donatum referre viderentur pleniorem Donati scientiam e glossario sperari posse, cum praesertim Adamnani scholia non ultra Bucolica et Georgica haberemus, glossae autem ad omnia Vergili opera spectarent : porro inter glossarium Abstrusa et alia quaedam glossaria, praecipue magnum illum Librum Glossarum sive Ansileubi Glossarium (*Ansil.*), eam intercedere rationem ut in eis pleniorem et vetustiorem glossarum formam non raro inveniremus, multae autem quae a nostro evanuissent glossae in eis exstarent atque inde restituendae essent. Hoc igitur opus institui quo totum glossarium quam proxime pristinam formam ederem ; sed quod et alia glossaria iam eduntur et ipse Liber Glossarum typis ita imprimitur ut eiusmodi glossas facile agnoscas, consilium praecidi, cum satis esse videretur glossas quas in C. G. L. IV, pp. 3-198 habes ordinare, hic illic emendare, ad fontes quantum fieri posset referre ibique in primis Philargyri et Donati vestigia indagare.

De singulis glossari codicibus satis habes apud Goetzium (C. G. L. IV, praef.), nisi hoc adiciendum est codicem Vaticanum lat. 3321 (*v*) viros rei palaeographicae peritissimos saeculi octavi non septimi esse arbitrari. ex his quinque codicibus duo glossarium nostrum glossis Abolita contaminatum habent, eundem Vaticanum (*v*) dico et Casinensem 439 (*a*) ; duo merum exhibent, Parisienses 2341 (*c*) et 7691 (*d*) ; quintus partim huius partim illius est generis, Vaticanus 6018 (*b*), qui cum glossas multis locis licentius mutatas et interpolatas habeat fere neglegendus est, quamquam est ubi veram lectionem solus exhibeat, v. g. AE 15. quod ad ceteros attinet ea ratione egi quam si quis textus historiam accurate investigatam requirat vereor ne non comprobet ; quamquam enim ea quam dixi codicum distinctio per se fortuita est, tamen, quoniam in hac materia non nimia severitas est postulanda, brevitatis causa quae lectiones in codicibus contaminatis aut exhibentur aut indicantur *A* littera, quae in alteris *B* notavi ; neque curavi ut de codicum lacunis monerem. sin-

(1) *Journal of Philology*, 35, 257, ; *Ancient Lore in Medieval Latin Glossaries* (Lond., Milford), p. 46.

gula si desideras apud Goetzium (C. G. L. IV) praesto sunt. Habet hic illic *A* singulas glossas inter glossas Abstrusa scriptas quae in *B* non leguntur : tales utrum nostrae sint an ad glossas Abolita pertineant dubitandum est ; neve te fugiat testimonium *B* in initio et in fine glossari in uno codice (*c*) niti.

Restant duo testes a quibus verum quaeramus. primum enim illud in codicibus Vat. 3321 (*v*) et Cas. 439 (*a*) vix quemquam fugerit multas glossae quae nostri sunt glossari in eis partibus scriptas esse quae e glossario Abolita tractae sunt, multas etiam utroque esse relatas. omnibus quidem in codicibus eiusdem glossae duas formas, alteram corruptam emendatam alteram, non numquam invenimus : hoc Vaticani et Casinensis proprium est ut multo plures eiusmodi habeant et emendatas fere inter glossas Abolita referant, non paucas ibidem exhibeant quae suo loco omnino desunt ; quae res ita potest explicari si formas emendatas et glossas ordine praetermissas in codicis archetypi margine stetisse existimes. sicubi igitur vera lectio in eis partibus codicum Vat. et Cas. invenitur, id signo *A marg.* indicavi. deinde quod antea dixi huius glossari exemplarium vetustiorum et pleniorum vestigia in aliis glossariis, Amploniana dico et Affatim cum quibusdam aliis et praeter cetera Librum Glossarum (*Ansil.*), exstare, id satis iam certis documentis probatum est : quorum glossariorum quae vel in uno vel in pluribus leguntur *C* littera agnosces ; non quod unum aliquod nostri exemplar omnibus commune fuerit, sed in Goetzi Thesauro Glossarum Emendatarum (C. G. L. VI-VII) singula si velis reperire in promptu est ; ibi autem si quid deest id Libri Glossarum (*Ansil.*) esse scito, quoniam ex eo excerpta modo edidit Goetzius, ego pleno usus sum libro. varias lectiones ne sic quidem nisi potiores adnotavi ; glossas ita plerumque edidi ut in Thesauro Glossarum sunt emendatae, nisi quod aliter hic illic legendum existimavi, multis autem in locis pleniorem formam restitui.

Venio iam ad glossarum ordinem, in quo cum non inter se modo multum discordent codices sed ne in singulis quidem codicibus eadem ratio ad calcem servetur, quem potissimum sequamur decernendum est. namque pristina glossari forma nimirum ea fuit ut lemmata secundum primam cuiusque litteram digererentur ; mox in describendo duarum vel, ut multis in locis videmus, trium litterarum ratio habebatur, velut glossa IN 161 (Inopinatus : quod supra), quamquam ad glossam 163 (Improvidus) spectat, in INO seriem amota est. huc spectant illa quoque quae ad RI 2, 5, 8, 10 adnotata invenies Rig, Rin, Rim, Rit, quae quoniam codici Par. 2341 (*c*) cum Libro Glossarum (*Ansil.*) communia sunt in exemplari fuisse manifestum est. sed librarios suam quemque libidinem secutos partium seriem aliam alium effecisse apparet. velut lemmata a litteris PLE incipientia alio in codice sub PE, in alio sub PL leguntur, ab S incipientia cod. Par. 2341 (*c*) in series SA, SE, SI, SO, SV, SCA. SCE, etc., SPA, SPE, etc., STA, STE, etc., digesta habet. quae cum ita sint codicis Vaticani 3321 (*v*) ordinem, ut qui in universum proximus sit a pristino, plerumque sequi visum est ; nam in glossariis quoniam verum est Heracliteum illud πανtὰ ῥεῖ id fere optimum est quod vetustissimum. atque e glossis TRO 2 et 2a apparet in vetustioribus exemplis lemmata a TRO et TRI incipientia utraque sub TR stetisse, neque ut aliquibus in codicibus nunc

habemus TRO sub TO, TRI sub TI ; Vaticani autem in exemplari Pridem (PRI 15) sub PRI ultimum locum, Prunus (16) in PRV serie primum habuit, quae lemmata in codice Par. 2341 eodem ordine sub PV scripta sunt. tamen Parisiensis ordinem in F et G malui cum ex FI 18 et 24, ubi frivoli et ficti facta est confusio, verba a litteris FRI incipientia non ut in Vaticano sed in FI seriem relata esse videantur ; quod eo magis credendum est quod haud pauca a FR incipientia cod. Vat. neglexit, a FL fere tot inter glossas Abolita relatas habet, id est ex archetypi margine tractas. item si cod. Vat. in C. G. L. 81, 8-9 et 83, 4-5 spectabis, verba a GLA incipientia a GA serie in exemplari secreta non esse videbuntur.

Sequitur ut de glossari fontibus quaeramus, qui quot fuerint haud facile decernas : ceterum permultis glossis scholia Vergiliana subesse pro certo habeatur. qua de re pauca hic contra Wessnerum dicenda sunt, qui nuper de glossis Vergilianis fusius disputavit (C. G. L. I, p. 369), rem tamen ut opinor non penitus perspectam habet. ei quae de Servio, Servio Danielis, Scholiis Bernensibus scripsi non probavi ; quamquam in hac re ipse sibi vix constat, nam cum dixerit (p. 371) inter haec scholia Vergiliana et glossas Abstrusa necessitudinem quandam intercedere non posse negari, paulo post (p. 373) num ex consensu glossarum simplicium, ut ait, atque trivialium multum effici possit magnopere dubitat. « haud raro enim » inquit « aegre dicas quomodo verba poetae aliter explicari potuerint. » quod ad Scholia Bernensia attinet, id quidem minoris est momenti, quamquam glossas Baccare (BA 14), Cana mala (CA 113), Corylos (CO 208) paene cum ipsis Scholiorum Bernensium verbis forte congruere vix dicas, neque ullius negoti fuit Vergili verba aliter explicare. de Servio et Servio Danielis si quis hunc libellum perlegerit vix cum Wessnero dubitabit ; nam inter glossas, simplices illas quidem sed haud omnes triviales, et commentarios vetustos eam consensionem non raro inveniet quae nisi artiore necessitudine explicari non possit ; unde alias quoque glossas quibus in commentariis ut eos nunc habemus nihil respondet ad veteres interpretes referendas iure contendet. quod autem huius glossari glossas Vergilianas plerumque brevissimas atque simplicissimas esse Wessnerus dicit (p. 382), illa eum fugerunt, primum in glossariis conficiendis et describendis (excepto Libro Glossarum, qui sui generis est) maximum fuisse brevitatis studium ; deinde scholia ut in glossarum brevium formam redigerentur in partes fuisse dividenda, unde fit ut glossa Vergiliana non semper primo aspectu agnoscatur et ut glossae loco quam longissime seiunctae fraterno vinculo coniunctae esse reperiantur. quarum rerum vel unum sufficit exemplum, nam glossae FE 31 (Frendit : stridet dentibus) et 32 (Fresa : fracta, divisa) quin ex uno scholio tractae sint quis dubitet ? at utraque simplicissima est et brevissima, et illa quidem vel trivialis dici potest ; haec tamen neque cuiusvis est monachi et originem cum Servi Dan. ad Aen. 8, 230 scholio communem prae se fert. iam de verbis quae in Vergili versibus non legantur multa commentatores veteres disseruisse quis nescit ? quid quod ad Geo. 1, 165 Servius supellectilem « vasa de vimine... ut qualos, corbes et cetera » interpretatus de *corbis* genere feminino cum exemplo Tulliano loqui pergit ? quod ad Vergili interpretationem minime

opus erat. sed ut minora praetermittam, cum Ἄρειον πάγον, verbi causa, ad Geo. 1, 18, nebrides ad Geo. 4, 341, calones ad Aen. 1, 39, hostire ad Aen. 2, 156, carinare ad Aen. 8, 361 explicata inveniamus, glossas PA 8, NE 2, 3, KA 12, HO 13 ad scholia his similia referre non dubitamus ; porro alias, ut Casnar (KA 18), Percatapsat (PE 58), quae verba in commentariis quos habemus non leguntur, ad eundem fontem reducimus.

Ea sane Wessneri iudicio omni carent fundamento. sic enim contendit (p. 358), etsi apud Servium Danielis ad Aen. 8, 361 Enni versus ille « contra carinantes verba atque obscena profatus » laudetur, non Enni *carinantes* explicari sed *carinare*, cum scripserit scholiasta « carinare est obtrectare ». sed minimum talia valere debent, nam apud Servium Danielis ipsa Donati scholia plena exstare quis credit ? quae retractata esse plane scimus (1). neque omnes glossas ipsam Donati vocem referre dixerim praeter rem ex eo sumptam. quod autem, ut ait idem, apud Servium Danielis ad Aen. 2, 156 formae *hostit* nec vola est nec vestigium, id quidem omnino nihil refert ; nam quod scholiasta hostiam dictam esse scribit « quod dii per illam hostiantur, id est aequi et propitii reddantur, unde hostimentum aequationem », neque id sequitur Donatum eadem verba scripsisse, et videndum est illud de quo plura suo loco dicam, in glossario conficiendo plurima verba, partim brevitatis partim aequalitatis causa, ad hanc formam redacta esse.

Illud quoque animadvertendum est, cum a commentatoribus Vergilium interpretantibus aliorum scriptorum versus persaepe laudati sint et aliquando explicati, ex eis quoque glossas trahi potuisse : quod genus Wessnerus in Libro Glossarum agnoscit, nostro in glossario nusquam videtur suspicatus esse. at si ea quae de brevitatis studio dixi memoria tenes, cur virum doctum fefellerint facile intelleges. unam hic proferam glossam IN 202 (Inrequieta : semper vigilans), quam cum certo in ordine glossarum Vergilianarum (199-203) inveniatur, ex Ovidi versu Metam. 13, 730 « Scylla latus dextrum, laevum inrequieta Charybdis infestant » ad Aen. 3, 420 « dextrum Scylla latus, laevum implacata Charybdis obsidet » laudato venisse luce clarius est. itaque de glossa CE 66 (Caerula) vir doctus ne dubitet, qui « quid ad Vergilium » inquit « glossa Caerula, quam non ad Geo. 1, 236 sed ad nesciocuius auctoris verba *caerula nox* pertinere ipsa testis est ? » immo nesciocuius auctoris verba ad Geo. 1, 236 (vel alium aliquem Vergili versum) laudata. alia huiusmodi in adnotatis indicavi, quae hic praetereo. hoc monendum videtur tres poetas Lucanum, Statium, Iuvenalem non ante Servium laudatos esse Wessnerum non suo iure contendere. Donatus, inquit, quantum scimus Statium non curavit (C. G. L. I, p. 378. Cf. Teuffel, § 431, 3). at id prorsus non scit, neque scire potest ; neque est cur eos locos ubi illi poetae a Servio Dan. laudantur suspectos habeat, quoniam qua ratione egerit qui Servi commentario alterum illum inseruit satis iam intellegimus.

Denique haud scio an erret Goetzius qui Gnuegio glossas Terentianas glos-

(1) Vide *Ancient Lore*, p. 56 sq.

sario nostro inesse concedit, et quod glossae aliquae in utraque parte codicum contaminatorum exstant id ita explicare conatur ut simile esse utriusque glossarii fundamentum contendat, scilicet ex glossis Terentianis et Vergilianis compositum (C. G. L. I, p. 123). nam certam glossarum Terentianarum seriem nullam invenies ; et quoniam non dubium est quin Donatus, dum Vergilium interpretatur, Terentium saepissime laudaverit, inde venisse eas glossas, siquae ad Terentium spectare possunt, facilius suspiceris. quod non ideo labefactatur quia non semper eiusmodi glossa ad unum aliquem Vergili versum manifeste est referenda ; nam cur hic vel illic Terenti versus laudandus esset sexcentae esse poterant rationes ; ut si fingamus glossam ad verbum *militatum* adscriptam in Terenti Adelph. versu 385 qui apud Servium ad Aen. 2, 87 laudatur et inde in glossarium sumptam, ipsa glossa nobis, nisi Servium habeamus, a Vergili loco alienissima videatur.

Plurimas igitur glossas ad scholia Vergiliana ita referre non dubitavi ut scholii formam restituere hic illic auderem, saepius ut satis esse ducerem restituendi materiam praebere. hoc erat cur verba Festi, Noni, Isidori, versus Plauti, Terenti, aliorum ad glossas Vergilianas saepe adnotarem, illa quod Festus Noniusque talem servant doctrinam qualis Donato praesto fuit, Donatum autem inter fontes Isidori fuisse constat, hos quia scriptorum loci in scholiis Vergilianis saepe tractabantur quamvis rem a Vergilio alienam esse diceres.

Aliud quoque velim animadvertas, nam si librum perspexeris illud certe in lemmatibus te non fugerit verborum tertias plerumque positiones numeri singularis et praesentis saepissime temporis exhiberi, velut intra paucas glossas Abdicat, Absistit, Abit, Abstinet, Abutitur, Abominat, Abolet, Abnuit, Abrogatur, Abiurat, Abluit, Abhorret ; quae res cum fortuita dici vix possit sic statuendum est, ut in lexicis conficiendis primam nunc monstrare positionem moris est ita eis temporibus glossario tertiam maxime idoneam visam esse ; quamquam ne hic quidem certae ubique rationi serviebatur. quoties igitur eius modi glossam ad aliquem Vergili versum relatum videris neque apud Vergilium eandem verbi formam legeris, offensus ne sis.

Nolim quidem glossas Vergilianas omnes usque ad Donatum redire putes ; nam ut triviales praetermittam (quamquam ne apud Servium quidem desunt quae trivialia videantur), non potuit Donatus Sulpicium Severum laudare (v. TV 15). sed si quae veterum doctrinam exhibet, ibi fides haud incerta sit. neve illa sis oblitus, primum Donatum cum, ut ipse dicit, grammatico rudi ac nuper exorto viam monstrare ac manum porrigere vellet, non modo Vergilium interpretatum esse sed multa de rebus grammaticis in commentarium suum condidisse quae posteriores depromerent ; deinde ab ipso Donato esse aliquae inepte et sine iudicio scripta . velim autem legas quae priore in opusculo de tota re scripsi (*Ancient Lore*, pp. 56 sq.).

Ceterum glossis quam plurimis Vergiliano commentario addictis restant quas aliunde quaeramus necesse est. quarum fontes haud facile agnosci possunt. de quo id te ne fugiat in glossario non ita fuisse ut in scriptoris opere describendo ; hoc enim integrum summa cura servandum fuisse, illi contra, cum ad usum confectum esset, ne quid adderetur neve detraheretur nullam religionem prohi-

buisse ; quin etiam singulis glossis undecumque tractis et operi insertis utilius fieri potuisse (cf. Class. Quart. 15, 38-40). nullus est nostri codex quin aliquas sibi proprias habeat, neque dubito quin statim a principio glossae ex hoc vel illo fonte tractae glossario vel singulae vel cum paucis hoc modo adiectae sint. Eas advenas appello, non aborigines.

De uno quidem fonte nemo dubitabit, Biblia Sacra dico : illuc enim glossas LE 27 (Levigabis), MV 23 (Mundum muliebrem), NE 25 (Neomenia), NE 24 (Neophytus), PA 21 (Balteum, sc. tecti), CA 106 (Coenomyia) — quarum duae ultimae prae-Hieronymicam versionem prae se ferunt, — alias eiusmodi securus referas. et quoniam ea versio Graecas voces ex LXX sumptas habuisse multis in locis videtur (1), eo Graeca lemmata reduxi siquando cum septuaginta interpretum versione vel cum Novo Testamento congruunt, sicut AP 6 (Apodixin), AS 13 (Asotus) (2) ; nonnullis autem in glossis vulgatae verba interpretationis loco stant, velut Stricto pugione : evaginato gladio (ST 20), unde lemmata versionis Italae esse collegi. Eucherius cum vetere versione usus sit, eius verba hic illic perscripsi. neque pernegaverim id posse existimari aliquas glossas non ipsis Bibliis Sacris adscriptas sed ex opere aliquo Eucheri simili vel ex nominum aliquo indice qualis Hieronymi fertur tractas esse, velut HI 25 (Hir), LE 23 (Leviathan), OW 2 (Onesiphorus) ; sed veri similius mihi videtur ipsum Bibliorum Sacrorum glossatorem eos indices Hieronymi, Eucheri, aliorum adhibuisse, quoniam verba interpretationis aliquando conspirant cum Hieronymi vel Eucheri verbis, aliquando ab iis abhorrent.

Unde nisi ex Rufini Historia Ecclesiastica poterant provenire glossae AG 19 (Hagneuontes), BA 22 (Barcocabas), ST 42 (Stromateas), IN 400 (Infanticidii dapibus funestari) ? Atqui ultima nonnisi in codice *d* apparet, ceterae in fine capitulorum ; advenae igitur omnes, non aborigines.

Unde nisi ex Augustini Civitate Dei eae glossae (PI 17 ; SE 47 ; TI 7) quas ad AB 51 memoravi ? atque Augustinum quoque Isidori fontem fuisse monendum est, unde potest explicari quod cum Isidoro aliquae glossae etiam non Vergilianae necessitudine coniunctae videntur. ad eiusdem de Genesi ad litt. ipsa verba (*prudens, acutus*) quadrat (3) glossa CA 24 (Catus). Atqui non me fugit glossam SE 47 in fronte ferre advenae notam, nam in fine stat SE capituli extra litterarum ordinem.

Poteram sane alios scriptores memorare quorum inusitata verba hic illic in nostro glossario apparent. sed quis praestabit ea verba ex scholiis Vergilianis non revera provenisse ? itaque Lindsaio suadente malui de fontibus tam incertis hic tacere, mentionem eorum in apparatum criticum relegare. quin etiam cogitaveram de tractatiuncula De Affinitatibus a conditore glossari adhibita (cf. AB 15-6 ; LE 27), de grammatico opusculo unde trahi potuerint v. g. adiectiva illa cum nominum exemplis (cf. ad CA 76) vel pronominum

(1) Cf. *Euch. Inst.*, II, p. 149 W.

(2) Cf. SO, 38.

(3) Itidem ut quadrat ad Schol. Bern. Ecl. 7, 8 (*citius, velocius*) glossa OC 1 (Ocius), ad Schol. Bern. Geo. 1, 69 (*obsint, noceant*) glossa OF 4 (Officiant).

casus (cf. ad CU 7-13). quis tamen nescit affinitatis gradus saepe a scholiastis Vergilianis memorari, necnon res grammaticas ? quis nescit declinationem nominis aut pronominis, verbi coniugationem saepissime in glossariorum vel textu vel margine sive a conditoribus ipsis sive postea a correctoribus esse adpositas ?

Illud tamen necesse habeo te monere, aliquando glossas e glossis natas esse. quarum complura sunt genera ; aliquoties enim, ut in quibusdam videmus animalibus, parte glossae abscissa duae fiunt, ut in CI 19 (Circumscripsit), ubi vide quae adnotata sunt, vel in PRO 88 (Prodigium) quae glossa multa passa est cum primum duo lemmata faciant codices Vat. et Cas. (1), deinde membra disiecerint (2), caput autem alteri codices omnino amiserint ; vel pars iteratur, ut KA 9 (Cudere) e CV 34 ; vel lemmate et interpretatione inter se mutatis nova fit glossa, ut OR 5 (Originis confidentia) e GE 7 (Generis fiducia) ; vel emendata glossa recipitur neque corrupta tollitur, ut IN 160, 232 (Inolevit, Insolevit) ; vel uni verbi tempori alterum subicitur, ut AB 9, 10 (Abit, Abiit), CO 49, 50 (Coit, Coiit), quamquam haec quidem forsitan ex ipso fonte manent. eiusmodi glossas non sui iuris esse signo = indicavi.

Hoc ipso glossario usi esse, quod minime mirum est, posteriores glossatores aliqui videntur ; nam glossas Canonibus Ecclesiasticis adscriptas si cum nostris contendes hinc illarum nonnullas tractas esse, nisi fallor, existimabis (cf. ad CO 65) ; quod etiam de glossis Isonis qui vocatur ad Prudenti carmina adnotatis dici potest : sed nunc eis de rebus agendum non est. eodem usos esse Columbam et Aethicum Istrum scriptores iam antea docuit Lindsaius (Class. Quart. 17, 198).

Restat ut Goetzio viro doctissimo gratias agamus quod apographi codicum Parisiensium inspiciendi nobis comiter potestatem fecit. Lindsai praeceptoris nostri eiusdem et iudicis amicissimi, quo non suadente hortante impellente hoc opus quantulumcumque est vix absolutum esset, non castigante maculas paene innumerabiles haberet, tot et tanta sunt erga nos merita ut omnem gratiarum actionem praecurrant.

H.-J. THOMSON.

Scribebam Bangori Cambrensium
Mense Februario 1925.

(1) C. G. L. 147, 6 ; 151, 19.
(2) *Ibid.*, 149, 36 ; 150, 22.

ABSTRUSA

AB

Abstrusa : abscondita. 2. Abdicat : a se alienat vel respuit. 3. Abactus : ab actu remotus, <ablatus, expulsus>. 4. Abstem<i>us : sobrius. 5. Abrogare legem : tollere. 6. Absistit : longe est, desinit. 7. Abaso (?) : infi[r]ma domus. 8. Absurdum : infirmum, inconveniens. 9-10. Abit : discedit, –iit : discessit. 11. Abstinet : observat. 12-13. Abutitur : recusat, contemnit vel aspernit, Abutimur : recusamus. 14. Abusitatus : minus instructus scientia. 15. Abnepos : filius nepotis, <Pronepos : nepos nepotis>. 16. Abavus : pater <pro>avi. 17. Abigeius : qui seducit servum aut pecus alienum. 18. Ab imo : deiosum. 19. Abominat : negat quod suum est. 20. Abolet : tollit vel delet. 21. Abnuit : denegat, recusat. 22. Ab re : contra rationem. 23. Abrogatur : aufertur. 24. Abiurat : reprobat, abnegat. 25. Ab ineunte aetate : ab ipsis rudimentis infantiae. 26. Absolute : manifeste. 27. Abluit : mundat, lavat. (=EX 15 ?) 28. Abhorret : discrepat. 29. Abstrusum : inclusum vel occultum. 30. Abrumpit : incidit, rumpit. 31. Abducit : abstrahit, asportat. 32. Abreptus : raptus. 33. Abigit : minat, expellit. 34. Abdidit : abscondit, texit. 35. Abeunt : redeunt, vadunt. 36. Abest :

AB 1. cf. 29. Aen. 6, 7.|| 2. cf. A marg. aut Abol. (Abdicant : respuunt, repudiant).|| 3. abl. exp. *om. AB* : quasi novam glossam exhibet Ansil. (qui glossam Abact. ab ac. rem. Origeni ascribit ; sed apud Originem latinum non inveni). Isid. Et. 10, 20 (Ab. quod sit ab actu remotus).|| 2-3. una glossa (cf. Paul. Fest..21, 11 Abacti magistratus dicebantur qui coacti deposuerant imperium) ? cf. MA 14.|| 4. cf. 11 ; TE 13-15. Abste. abstinens (et Abste. sobrius) *Corp*. Isid. Et. 10, 11 (Abst. a temeto, id est vino, quasi abstinens a vino) ; Don. Andr. 229 (Temulenta vinulenta, hoc est ebriosa ; quia temetum vinum, unde abstemius sobrius).|| 5. ? cf. 41 ; AD 75 (Adrogat) ; DE 15 (Derogat) ; IN 200 (Inrogat) ; SU 29. (Subrogat) ; PRO 83 (Prorógat).|| 7. infima *EE* : infima (et infirma) *Corp.* : infirma *cett.* (quod ad illud infirmum in sequenti glossa fortasse est ascribendum) : infama *Abav.* an A base (Itala 3 Reg. 7, 9 ?) ? Hinc mire gloss . Aelfrici (W. W. 185, 21) Ab. infirmatorium, seoccra manna hus. Etiam Abbo Bell. Paris. 3, 55 (ābăso quo fuerit, sit hirudo frequens comitata) ! Nugatur Stowasser (Arch. lat. Lex. 12, 579).|| 11. cf. 4. cf. Itala Act. 21, 25 (observent se ; Vulg. abstineant se) ? cf. ad CE 1 (Caerimoniae) ?|| 12. cf. 45. Itala Luc. 7, 30 (abusi sunt). Hinc nimirum A marg. (Abutitur : contemnit).|| 14. instr. in sc. (et instr. sc.) *Ansil.* Utrum ea quae hic sequuntur in *a* (Abusus sapientia : minus intellegens) et alio loco in Asbest. (Abusus sapientia) revera glossae pars sint aegre dicas. Cf. PE 80 ?|| 15. Abn. qui natus est de pronepote *Corp.* cf. PRO 63 (Pr. n. n.). Immo Abn. n. n., Pron. f. n.|| 17. qui tollit s. *Corp.* cf. Schol. Aen. 8, 208 (Avertit erat proprium ' abegit '). cf. PL 4 et 12.|| 18. Aen. 5, 810.|| 19. Aen. 5, 531 (nec maximus omen abnuit (Aeneas). cf. 21.|| 20. vel del. *om. B.* cf. A marg. aut Abol. (Aboletur : deletur).|| 21. Aen. 5, 531 (cf. 19) ? cf. 38. cf. AD 33.|| 22. cf. ER 12 (E re).|| 23. cf. 41.|| 24. aut negat *A* (cf. ad 54).|| 27. cf. DI 36 ? cf. AD 39 ?|| 29. cf. ad 1.|| 32. asportatus *add. A marg.* cf. aut A marg. aut Abol. (Abreptus : raptu abductus, sublatus.)|| 33. Ital. menare, Fr. mener. cf. aut. A marg. aut Abol. (Abige : expelle).|| 34. Aen. 2, 553. cf. aut A marg. aut Abol. (Abdit : abscondit).|| 35. Aen. 3, 452.|| 36. cf. AF 2 (Afuturus : ab-



absens est. 37. Abis : recedis. 38. Abnueram : non receperam. 39. Ab stirpe : ab origine vel a genere. 40. Absono : absurdo vel praepropero (–postero). 41. Abrogat : demit, aufert. 42. Abitione : discessione. 43. <H>abitudo : habitus corporis vel custus (cul–) vestium. 44. Ablegatus : condemnatus. 45. Abusi : male usi. 46. Abusive : despecte. 47. Abstractae : abiectae (abac– ?) vel abductae. (Aen. 8, 263) 48. Abeuntibus : discedentibus. (Aen. 1, 196 ?) 49. A[b]spernatus : contemptus. 50. Abicit : proicit. 51. A<s>beston : Arcadiae lapis qui semel accensus non extinguitur. (Aug. Civ. 21,5) 52. [Abodos (?) : dementes.] 53. <Abibat :> abire coeptabat, ire incipiebat. (Aen. 2, 382) 54. Abiuratae : furatae. (Aen. 8, 263) 55. Abietem: genus ligni. 56. Ab origine : a genere (=39 ?) (Geo. 3, 48 ?) 57. Abolescit : de memoria excidit. (Aen. 7, 232, –et)

AC

Accola : alienus cultor aut novicius. (Aen. 7, 729 ?) 2. Acrocheria (–chir–) ligatura articulorum. 3. Acrae mentis : validae mentis. (Verg. ?) 4. Accipitrem : acceptorem. (Levit. 11, 16 ?) 5. Acedia : taedium animae. (Itala Sir. 29, 6 ?) 6. Acies : extensa militum inpugnatio. (Verg.) 7. Acerbum : inmaturum vel malum. 8. Acrimonia : saevitia. 9. A culmine : ab alto. (Aen. 2, 603 ?) 10. Acuto murice : saxis asperis. (Aen. 5, 205) 11. Accolae : vicini cultores. 12. Acalanthis : cardellus [alibi carduelis], avis螺 depribus adsueta. (Geo. 3, 338) 13. Accentus : sonus, inflammatio vel vociferatio. (?)

---

sens erit). Etiam A marg. aut Abol. (Abesto : absens esto Afuit : absens fuit).|| 37. Aen. 2, 675.|| 38. Aen. 10, 8 cf. 21.|| 39. cf. 56. Aen. 1, 626.|| 40. vel prospero *A* : *om. B.*|| 41. cf. 23. cf. ad 5.|| 43. cu. *om. AB.* Ex Schol. Aen. 1,315 (cf. Ter. Eun. 240) vel etiam 318 (cf. Don. ad, Eun. 315). cf. Paul. Fest. 90, 23 (habitudo habitus corporum).|| 46. vix –ae –ae. cf., puta Schol. Aen. 1, 43 (rates abusive naves). Vel cf. AD 42 ; Ansil. (<Adumbratum ?> : abusive quod non est perfectum, Abusive : despecte, Ab. : fastidiose, contemptibiliter.|| 45-6. cf. aut A marg. aut Abol. (Abutitur : male utitur, abusive utitur).|| 47. eiectae (*vel* el–) *AB* : abi– *A marg.* cf. 17. Vide tamen ne duae glossae sint confusae, (1) Abol. (Abstractae : abactae vel abductae), (2) Abstr. (Abstractae : electae).|| 49. i. e. passive, non active, cf. Prisc. II 379, 6 antiqui tam activa quam passiva significatione protulisse inveniuntur.|| 51. ex Aug. (asbeston Arcadiae lapidem propterea sic vocari quod accensus semel non possit extingui) mutuatus est Isid. Et. 16, 4, 4 et 2. Illud abestos potest fuisse vulgaris forma, ut spopondi pro spospondi, sempiternus pro semperternus, etc. Aliae huiusmodi glossae ex Aug. Civ. haustae sunt PI 17 (Pyrites), SE 47 (Selenites), TI 7 (Tylon).|| 52. *om. B. C.* Estne glossarii Abol. ? Apodos *Goetz* (cf. 40 ; 8) : Abulos *Buecheler*.|| 53. Vergilio ascribit Ansil.|| 54. Abiure *AB*. cf. 24. cf. aut A marg. aut Abol. (Abiurasse : intercepisse periurio. Abiurare : negare); Ansil. (Abiurare est rem creditam negare periurio), ex Schol. l. c.|| 55. *A marg.*, *B* : *om. A.*

AC 1. aut vicinus *B* (cf. 11), fort. recte (cf. IN 19). cf. ER 9 ?|| 2. palaestrae genus.|| 3. Vergilio ascribit Ansil.|| 4. in versu Levit. (non edetis acc.) accipitrem Vulg., acceptorem Ital. || 5. vel Acidia. vel animi. cf. AN 9.|| 6. Vergilio ascribit Ansil.|| 7. aliter Arma (Atrox : malus, Acerbus : inmaturus). vel dolore plenum *add. Ansil.* cf. aut A marg. aut Abol. (Acerbum : dolore plenum).|| 8. cf. 30.|| 11. cf. ad 1. cult. *om. A marg.* introitus *interp. AB*, unde colligo in archetypo fuisse Aditus : introitus (AD 54), Adcolae (vel Acc.) : vicini cultores. Sed potest Abolita glossarii esse Acc. vic. cul. si nostram glossam hab. Ansil. (Accolae : vicini, concives, adventicii).|| 12. –tus cardellus (*om. cett.*) *AB*. Italice ' cardello ' cf. Class. Phil. 13, 2 et 13.|| 13. infl., i. e. Accensus. vocif. : vocis concrepatio (*var. lect.*) *Ansil.*

14. Accitus : vocatus. 15. Accleta (athle-) : luctator. 16. Acatus : navicula vel <b>arca. 17. Ac veluti : quasi, quemadmodum. (Aen. 1, 148, etc.) 18. Accingunt : adparant, muniunt, armant. (Aen. 1, 210 ?) 19. Accisis : consumptis, circumcisis. (Aen. 7, 125) 20. Actutum : cito. 21. Acervus : cumulus [et dicitur acervus (-bus) crudus]. 22. Acies : acumen oculorum vel gladii. 23. Acerra : arca turaria. 24. Acri : arguto vel cito. 25. Acer : vehemens, crudelis. 26. Acrior : fortior. (= 32 ?) 27. Achivis : Graecis. (Aen. 10, 89, etc.) 28. Aconitum : genus veneni, ἀπὸ ἀκόνης, quod in Ponto de spuma Cerberi inventum est. (Geo. 2, 152) 29. Acheron : fluvius apud inferos. (Geo. 2, 492, etc) 30. Acrimoniosi : saevitiosi. (cf. 8) 31. Acrimoniosus : saevitiosus. (= 30) 32. Acriores : fortiores. [33. Acyrologia : <in>propria.] 34.-5. Academia : villa ubi tractabat Plato. -micus : philosophus. (Aug. Civ. 6, 2 ?) 36. Acro<a>mata : scenicorum carmina 37. Aculeo : ab acu deminutive. 38. Acumina : ingenia. 39. Acediatur : stomachatur. (Bibl. ?) 40. Acanthus : genus floris quo vestes inficiuntur. (Geo. 2, 119, etc.) 41. Ac : autem. 42. Actutum : cito. (=20) 43. Acciri : evocari. 44. Actos : exagitatos fatigatos. (Aen. 1, 240 ?)

AD

Adfatim : abunde, satis. 2. Adimit : tollit, negat. 3. Adipiscitur : consequitur impetrat. 4. Adficis : affligis [vel obiurgas]. 5. Adstruere : aedificare vel affirmare. (Verg. ?) 6. Adrogans : superbus. 7. Adio (-eo) : ingredior. 8. Adoritur : gignitur, nascitur. 9. Adeo : in tantum aut valde, maxime, satis. 10. Ad extollendum : ad laudandum. 11. Adlatum : adportatum vel adductum. 12. Adigebant : cogebant. 13. Adsolitum (-la- ?) : adlisum. (?) 14. Adsecula : domesticus. 15. -lae : pedisequi vel lenones. 16. Adtaminat : usurpat vel inquinat. (Itala Num. 6, 5 ?) 17. Adscivit : sociavit, coniunxit. 18. Adsectatores : imitatores. 19. Adit : intrat, interpellat. 20. Ad praestolandum : ad observandum vel sustinendum. 21.

---

14. an -os -os (Aen. 11, 235) ? evocatus (cf. 43) *Corp.*, *Amp.* II. cf. aut A marg. aut Abol. (Acciti : evocati, accersiti) ?|| 16. cf. ad LI 32-3.|| 18. cf. aut A marg. aut Abol. (Accingere : apparare)|| 19. cons. *om. AB.*|| 20. cf. 42.|| 21. et... cru. *om. AB.* cf. CU 1. cf. aut A marg. aut Abol. (Acervum : cumulum cuiuslibet rei).|| 22. Ac. exercitus, acumen gl., intuitus oculorum *Ansil.*|| 24. *om. A* (cf. 25).|| 25. velox *add. A.*|| 28. A. gen. ven. (*om. cett.*) *AB* quod in portu *C.* cf. Serv. (haec autem herba nata dicitur de spumis Cerberi... quae quia in saxis et cotibus nascitur aconitum dicitur ἀπὸ τῆς ἀκόνης) ; Schol. Bern. (herbae quaedam in Ponto sine terra in saxis natae) ; Brev. Exp.|| 32. cf. 26.|| 33. *om. B.* Estne glossarii Abol. ?|| 34-5. villa *om. AB.* cf. Isid. Et. 8, 6, 11 (Academici appellati a villa Platonis Academia Athenarum, ubi idem Plato docebat).|| 37. cf. aut A marg. aut Abol. (Aculeum : peccatum), ex Itala 1 Cor. 15, 26 ?|| 38. ignea *AB.*|| 43. cf. 14.|| 44. Actus exagitatus *B.*

AD 1. cf. Serv. ad. Aen. 1, 123 (fatim enim abundanter dicimus ; unde et adfatim), etc.|| 2. detrahit aufert *add. Ansil.*|| 4. vel ob. *om. B, Ansil.* cf. aut A marg. aut Abol. (Adfligis : consumis). cf. 65.|| 5. vel firmare *A* : *om. B* : sive asserere *Ansil.* (ubi Vergilio ascribitur glossa A.: affirmare).|| 6. praesumptuosus tumidus *add. Ansil.* Hucine pertinet glossa Abba, etc. (Abrogans : humilis) ?|| 8. cf. 29.|| 9. ma. sa. *om. B.*|| 10. cf. ad 27.|| 11. vel addu.. *add. A marg.*|| 13. cf. Leid. (Assolatis : plane factis). An ex Itala 2 Reg. 17, 2 (ubi Vulg. desolatum) ?|| 14-5. vix cf. Fest. 20, 24 (Aquarioli dicebantur mulierum inpudicarum sordidi adseculae). cf. 18 ?|| 17. A. socium con. (*var. lect.* ?) *Ansil.* an Adsciverit (Aen. 11, 472 ; 12, 613) ?|| 18. cf. 14-5.|| 20. cf. ad 27. vel sust. *om. B*: ad suscitandum (*var. lect.* ?) *Ansil.*||

Adfectat : vult, desiderat. 22. Adfatim (–tor) : optime loquens. 23. –fabilis : delectabilis. 24. Adornat : plus quam ornat. 25. Adoptat : adfiliat. 26. Adserit : dicit, adfirmat. 27. Ad sciscitandum : ad interrogandum [28.]ad explorandum, ad inquirendum. (? Aen. 2, 114 *var. lect.* scitatum) 29. Adoritur : ingreditur. 30. Ad ulciscendum ad defendendum. 31. Adurit : incendit. 32. Adsentatur : adulatur. 33. Adnuit : consentit, favet, adquiescet (–it). 34. Adlegat : astruit. 35. A[d]versatur : detestatur, spernit. 36. Adegit ferrum : se ipsum interfecit. (Verg. ?) 37. Adventat : advenit. (=38) 38. –ntantes : advenientes. 39. Adluvione (ab– ?) : inundatione (mun– ?) sordium. 40. Adnititur : conatur, adiuvat. 41. Adolet : incendit, incensum ponit. (Verg.?) 42. Adumbrat : effingit, tegit. 43. Ade<n> : <aiden>, invisibilem locum, hoc est infernum. (? Itala Iob 7, 9, etc.) 44. Adest : post (praesto est). (=61) 45. Adcommoda[n]tius : utilius. 46. Administrat : procurat, praestat. 47. Adlicit : invitat, suadet [vel addet]. 48. Adtonitus : stupefactus, intentus. 49. Adscriptum : adiunctum. 50. Adiumentum : adiutorium, adminiculum vel auxilium. 51. Adqui (at–) : quin etiam, ideo, quin potius. 52. Adpendit : aestimat, pensat. 53. Adnitente : conante vel opitulante. 54-5. Aditus : introitus, –ire : introire, subire. 56. Adtollens : elevans, erigens. (Aen. 12, 703, etc.) 57. Adsumpta (ab–) : consumpta, finita. (Aen. 1, 555) 58. Adflarat : adspiraverat. (Aen. 1, 591) 59. Adflictus : malis oppressus. (Aen. 2, 92) 60. Adgrediuntur : circumdant. (Aen. 2, 463) 61. Adest : praesto est [aut subvenit]. (Verg.) 62. Aderit : veniet et subveniet [vel veniet ei]. (Aen. 3, 395) 63. Adgredior : aspiro vel incipio. (Verg. ?) 64. Adgredior : arripio vel incipio. (=63 ?) 65. Adficior taedio : consumor. 66. Adsignat : restituit, approbat (?). 67. Adclinatur : incumbit vel inclinatur. 68. Adiectio : adpositio. 69.

---

22. Adfatim *ABC* : Adfator *A marg.* Nam ' ad ' secundum grammaticos significat ' valde ' ; cf. 24.|| 25. cf. 116 ?|| 27. cf. 10, 20, 30.|| 29. cf. 8.|| 30. cf. ad 27.|| 31. cf. AM 4 (Ambu. inc.).|| 32. cf. aut. A marg. aut Abol. (Adulator : blandus adsen<ta>tor) et (Adsentari : adolari, consentire).|| 35. cf. AV 27.|| 36. Adicit *AB*. interficit *B*. Vergilio ascribit Ansil. An ex schol. ad Aen. 4, 660 ?|| 38. Rufino Hist. 1, 8, 1 ascribit Leid.|| 39. cf. CO 94 (Conluvione : collectione sordium). Adluvione *AB* : Abluvione *Ansil.*, *A marg.* : Alluvione *A marg.* sordis *AB* : sordium *Ansil.*, *A marg.* Ansil. etiam alteram (var. lect. ?) glossae formam exhibet (Ablutione : emundatione). ? cf. IN 124 (Inluvies) ; PRO 41 (Proluv.) ; DI 38 (Diluvium) ; 113 (Adluvium). ? cf. DE 2 (Delubra).|| 40. cf. AN 50.|| 42. tetigit *Ansil.* ? cf. Schol. Aen. 10, 541 (aut « ingenti umbra tegit » secundum usum accipiendum, id est insultatione eum opprimit et adumbrat, ut superatos dicimus « adumbratos »).|| 43. cf. AI 5.|| 45. cf. Suet. Nero 8.|| 47. Adiicit (Adicet, Adiecit) *AB*, unde illud « addet » post « suadet » (quasi « sive addet » ?). Allicit : invitat, suadet *Ansil.*, etc.|| 48. vix <stuporatus> stupef. (cf. ad ST 39).|| 49. cf. Suet. Vit. 14.|| 50. cf. 99 ; 82. cf. SU 44 ?|| 53. cf. Rufin. Hist. 10, 17.|| 54. intr. ingressus *A marg.* (*Abol.* ?).|| 54-5. ? cf. Schol. Aen. 6, 43 (« aditum » ab adeundo, per quem ingredimur). cf. ad AC 11.|| 56. Ex eodem fonte (scholio ?) Isid. Et. 10, 8 (Adtollens, quod se elevet et erigat).|| 57. Ads–. *AB* : Abs– *Ansil.* : Ass– *A marg.*|| 60. cf. Verg. l. c. (turrim... adgressi ferro circum.. convellimus).|| 61. cf. 44. aut sub. *add. Ansil.*|| 62. et *om. AB.* vel ven. ei (*var lect. pro* ven. et ?) *A* : *om. BC*. Vel refer hanc glossam ad Aen. 2, 662 (et praecedentem ad Aen. 2, 522 « adforet ») et sic intellige : hic veniet, alibi (Aen. 3, 395) subveniet.|| 63. cf. aut A marg. aut Abol. (Agg. : ingredior, inc.|| 65. cf. 105.|| 66. approbat *Ansil.* : aut probat *A* : *om. B.* : aut praebet *Goetz.* cf. Act. Apost. 9, 41.|| 67. *ita A* : Adcl. incu. *B* : Adclinatur incumbit, Adclinatus inclinatus *Ansil.*|| 69. cf. ST 14 (Stipulatur : testatur).

Adstipulatur : adtestatur. 70. Adigor : compellor. 71. Admisit : peccavit, permisit. 72. Adnitendum : adtentius conandum. 73. Adcommodata : utilis, opportuna. (Aen. 11, 522 –da) 74. Adsuissent : adnexuissent aut consuissent. 75. Adrogat : adscribit, deputat. 76. Adstrepit : obmurmurat (?). 77. Adfingitur : confingitur. 78. Adamans : valde amans. 79. Adamans : lapis durus qui ferro dividi non potest, nisi sanguine hircino dividi<tur>. (Aen. 6, 552) 80. Adultus : maturus. (Verg. ?) 81. Adsis placidus : propitius sis. (Aen. 4, 578) 82. Adiumenta : auxilia. 83. Adclivatum : obliquum, curvum. (Geo. 2, 276 –ive) 84. [Adfinis : proximus, propinquus.] 85. Adrumavit : rumorem attulit. (Ecl. 6, 54) 86. Adorti : adgressi vel conati. (Aen. 6, 397) 87. Adgressus : invectus inruit. (Ecl. 6, 18 ?) 88. Adglomerant : iungunt. (Aen. 2, 341) 89-90, Adolevit : crevit. (Aen. 12, 438 –verit), –ulti : iuvenes vel adulescentes. 91. Adempta : subtracta. (Aen. 9, 131) 92. Adero : praesens ero. (Aen. 4, 125) 93. Adruptis (ab–) : apertis. (Aen. 3, 199) 94. Adegit : coegit. (Aen. 6, 696, etc.) 95. Ademptis : sublatis. (Aen. 8, 320) 96. Adfore : adesse. (Aen. 9, 243, etc.) 97. Admonet : rogat. (Aen. 10, 153) 98. Adicias : addas. (Aen. 11, 354) 99. Adminiculum : adiutorium, auxilium. (=50 ?) 100. Adtollit : extollit. (Aen. 3, 552, etc.) 101. Adnixi : conati. (Verg. ?) 102. Adeste : adestote, subvenite, succurrite. 103-4. Adoreas : triumphorum laudes, –rat : triumphat (–antem ?) laudat. (Aen. 10, 677) 105. Adfectus : maceratus, caesus. 106. Adtestatur : testimonium dat. 107. Adpulit : adduxit, adportavit. (Aen. 1, 377 ?) 108. Adspectat : adspicit. 109. Aduncis

---

71. cf. aut A marg. aut Abol. (Admissum : peccatum vel receptum). || 75. cf. ad AB 5. || 76. obm. *AB* : omnibus murmurat *Ansil.* An <Fremit : > adst., ovibus mu. (Aen. 9, 59) ? || 77. Adfigitur configitur *Ansil.* (recte ?). || 78. cf. ad 22. || 79. la. du (*om. cett.*) *AB*. Ex Schol. l. c. (lapis est durissimus et tantae soliditatis ut nec ferro possit infringi ; quem hircino sanguine frangi dicunt), unde etiam Isid. Et. 16, 13, 2. || 80. cf. ad 89-90. || 81. Vergilio ascribit Ansil. || 82. cf. 50. || 83. Adclinatum *A marg.*, *Ansil.* (et Adglivatum). cf. aut A marg. aut Abol. (Adclive : oblique erectum). an <Adclive :> adclivatum (–natum ?), <id est> oblique erectum, curvum ? || 84. *om. B.* Estne aliena ? || 85. Vergilio ascribit Ansil. cf. Schol. l. c. ; Fest. 9, 7 (Adrumavit : rumorem fecit sive commurmuratus est ; quod verbum quidam a rumine, id est parte gutturis, putant deduci). || 86. *ita Ansil.* : Ado. adg. *AB* : Ado. con. econtra virtute *Amp.* II. || 89-90. cf. Fest. 5, 10 (Adolescit : a Graeco ἀλδήσκω, id est adcresco, venit ; unde fiunt adultus, adulescens... et exoletus, qui excessit olescendi, id est crescendi, modum ; et inolevit, id est crevit). cf. EX 33 (Exolescit) ; 76 (Exoletus) ; IN 160 (Inolevit) ; 232. || 93. Abr– *C*, *A marg.* : Adr. *AB*. || 96. vix –et –et. || 97. an Adm. et ro. ? cf. Schol. (partim rogat, partim admonet) ad Verg. l. c. (admonet immiscetque preces). || 99. Adm. adiut. *AB* : Amm. aux. *A marg.* : Adm. adiumentum aux. *Arma* : Adm. adium. adiut. *Abav.* : Adm. aux. adiut. *Abba* : Adm. adiut. subsidium *Ansil.* || 100. *ita B, Ansil.* (ubi Vergilio ascribitur) : *add.* id est laudat vel ornat (*ex* EX 17), aut cum invidia adtendit (*ex* 118) *A* || 102. *ita A marg.* : Adesto succurre *A* : –tote –ite *B* : Adeste adestote succurrite *Ansil.* cf. Verg. Catal. 12, 7. || 103-4. *ita Ansil.* : Adoreas triumphum laudes *A* : Adorat triumphat laudes (*vel* laudat) *B*. Duas igitur glossas exhibet Ansil., nonnisi unam nostri glossarii codices. Et duarum materiem praebet Schol. l. c. (adoro iuxta veteres, qui adorare adloqui dicebant ; nam ideo et adorea laus bellica quod omnes eum cum gratulatione adloquebantur qui in bello fortiter fecit). cf. 117. || 105. an taesus (cf. 65) ? || 106. i. e. adt. ab obt. differt ? –tantur t. dant *Ansil.* || 108. Aen. 1, 420, etc. || 109. an manibus (Geo. 2, 365 uncis m.) ?

naribus : curvis naribus. 110. Adlobrus (Allobrox) : Gallus, de Gallia. 111. Adspirat : favet. 112. Adeptus : consecutus. 113. Adluvium : ruina riparum ex aqua. 114. Adsultibus : adsumere (?) saltibus. (Aen. 5, 442) 115. Adrecti : erecti. (Aen. 1, 579 ?) 116. Adoptivus : loco fili receptus. 117. Adoreis : sacrificiis. 118. Adtollens : cum invidia adtendens. (Aen. 5, 278 ?) 119. Adpendix : socia, comes.

AE

Aequum : iustum. 2. Aequiperat : coaequat. 3. Aestus : procellae. 4. Aedes : domus vel templa. 5. Aequaevi : coaetanei. 6. Aether : aer superior aut caeli pars. 7. –th[e]ra : rota e<st> caeli. 8. Aerumna : labor vel miseria. 9. Aequora : maria aut campi ab aequalitate dicti. (Aen. 2, 69 ?) 10. [A]epulae : escae vel laetitiae (?). 11. Aemulatio : insectatio vel invidia. 12. Aedituus : ianitor vel custos aedis. 13. Aevo : tempore vel saeculo aut aetate. 14. Aegri : infirmi, vel tristes aut aegroti. (=EG 8) 15. Aenis nodis : aeneis vinculis. (Aen. 1, 295) 16. Aerarium : thesaurum publicum. 17, Aequor maris : planities. (Aen. 2, 780. etc.) 18. [A]erus : dominus. 19. Aemulus : invidens vel oblicus. 20. Aere : aeramentum (?). 21. Aetatula : aetas modica. 22. Aeque : similiter ; Lucanus (7, 17) « venerabilis aeque ». 23. Aestivolum (?) : aestiva tempora. 24. Aedicula : domus modica. 25. Aeneatores : tubicines. 26. A[e]geator : hortator. 27. Aeneadae : coniurati Aeneae. (Aen. 1, 157, etc.) 28. Aeolus : ventus quem regem ventorum appellant. (Verg. ?) 29. [A]epos : versus

---

110. cf. CI 38 (Cimber : Gallus, civis de Gallia).|| 111. cf. Schol. Aen. 2, 385 (Adsp. : favet, etc.)|| 112. Similem glossam (ex hoc glossario sumptam) Canonibus ascribit Leid. (Ad. : cons., indeptus). cf. aut A marg. aut Abol. (Adeptus : adsecutus vel adquisivit). || 113. cf. AL 37 (Alluvia : consumptio riparum ex aquis). cf. ad 39.|| 114. cf. Gloss. Verg. (Adsultibus : saltibus). Adsumere (*nov. lemma, sine interpretatione*) *Nettleship.* : an ad summa ?|| 115. cf. aut A marg. aut Abol. (Arrecti : erecti, extersi, excitati, eminentes.)|| 116 cf. 25 ?|| 117. cf. 103-4. Ex Schol. Aen. 7, 109 (adorea liba) ?|| 118. cf. ad 100 ; 56.|| 119. cf. Panegyr. 10, 3.

AE 1. cf. Schol. Bern. ad Ecl. 5, 4 (Aequum : iustum), quamquam sane tralaticia haec interpretatio est.|| 2. an coaequatur (cf. Schol. Bern. ad Ecl. 5, 48 Aequiperas : coaequaris, adsimulas).|| 5. –vum Aen. 2, 561 ; 5, 452. cf. 34.|| 6. cf. Schol. Aen. 1, 223 (proprium et perpetuum aetheri epitheton dedit quia omnibus superior est). cf. aut A marg. aut Abol. (Aethera : partes caeli superiores).|| 7. Aen. 3, 585 ; 12, 247.|| 9. cf. Schol. l.c. (aequora vero modo maria, alibi campos... dictum enim est ab aequalitate), quo scholio etiam Isid. in Etym. usus esse potest.|| 10. vel lae. *Ansil.* : *om. AB.*|| 11. cf. 19.|| 12. et ad alia scholia Vergiliana referri potest et ad Aen. 9, 645 (fidusque ad limina custos) in commento Servi (ædituus fuit ; quod, ut supra diximus, in ingenti honore apud maiores fuit, etc.). cf. ED 9 ; 15.|| 13. Ecl. 8, 27, etc.|| 14. Verius EG 8 (Aeger : dicitur animo tristis ; aegrotus corpore infirmus)).|| 15. nodis et vinculis unus cod. *b* habet.|| 17. *om. A.* Vergilio ascribit Ansil.|| 19. vel obl. *om. B* cf. EM 31 (Aemula : inimica, invidens). cf. aut A marg. aut Abol. (Aemulus : inimicus).|| 20. Hucine pertinet RA 4 (Ramenta : aeramenta) ?|| 21. cf. 24.|| 22. Lu. ve. æ. *om. AB.* Ex schol. Verg. (velut Aen. 3, 118) ubi hic locus Lucani laudatus est.|| 24. cf. ad 21.|| 25. Aliter Fest. 18, 26 (Aenatores cornicines dicuntur, id est cornu canentes). Aeneator forma recentior est.|| 26. Ex schol. Verg. (velut Geo. 4, 250 complebuntque foros), unde etiam Isid. Et. 19, 2, 4 (agea viae sunt, loca in navi per qua ad remiges hortator accedit. De qua Ennius « multa foro ponet et agea longa repletur »).|| 27. coniuratio *AB.* Vergilio ascribit Ansil.|| 29. quodipsi *A.* eorum *AB.* cf. ad CO 64 ?

heroicus quo ipso dicuntur gesta heroum. 30-1. Aether : caelum, –theria : caelestia. (Verg.) 32. Aegra : taediosa vel dolens. 33. Aequis oculis : aequo animo. (Aen. 4, 372) 34. Aequaevus : unius aetatis. 35. [A]ethica : ars moralis. (=ET 4) 36. [Aethiopes : gens solis ardori subdita.] (Verg. ?) 37. [<H>aesitans : dubitans].

AF

Affluit : abundat. 2. A[f]futurus : absens erit. 3. Affectio : voluntas. (=IN 2 ?) 4. Affectatores : appetitores. 5. Affectus : dilectionis teneritudo. 6. Affinitas : propinquitas. 7. Affligit : necat. 8. Afflictus : luctu et squalore confectus. 9. Afflictis rebus : perditis negotiis. (Aen. 1, 452.)

AG

Agon : certamen. 2. Agreste : ferum. 3. Aggeres : terrae congeries. (Verg.) 4. Agmen : multitudo. 5. Agnati : filii per viros. 6. Aggregat : congregat, acervat. 7. Agaso : domesticus. 8. <H>agiographa : sancta scriptura. 9. Agonia : alacritas, vigor. 10. Agonista : certator. 11. Agitatur : ventilatur vel movetur. 12. Age : incipe vel dic. 13. Agitare : agere. 14. Aginantes : explicantes (? est tricantes). 15. Agitat : agit aut cogitat. 16. Agit : portat. 17. Agagula : lenocinator. 18. Agetur : tractabitur. 19. <H>agneuontes : hi qui se sanctificant. (Rufin. Hist. 11, 23.)

AI

Ait : dixit. 2. –o : dico. 3. –n : aisne. 4. –n tandem : dicis vero. 5. Aiden : infernum. (= AD 43) 6. Aiunt : dicunt. 7. [–ebant : dicebant.]

AL

Alacer : velox, hilaris, gaudens. 2. Allegoria : similitudo. 3. Alias : aliter. 4. Alacrimonia : laetitia. 5. Almum : sanctum. 6. Alt℧uter : alter, ambo. 7. [Alteru-

---

30. Vergilio ascribit Ansil.|| 32. dolentia *A* (? Aen. 2, 566.) || 33. Vergilio ascribit Ansil. Hucine pertinet AN 10 (Animus aequus : ani. iustus) ?||34. cf. ad 5.|| 35-7. *om. B.* Possunt igitur 36 et 37 glossarii Abol. esse.|| 36. gens *om. A.*|| 37. an < Cunctans :> hae. du. (velut Aen. 4, 390–ntem)? cf. Ansil. (Cunctante<m> : dubitante<m>, haesitante<m>).

AF 1. cf. aut A marg. aut Abol. (Affluens : abundans).|| 2. cf. AB 36 (Abest : absens est). || 3. vel dilectio *add.* (*ex* 5 ?) *A.*|| 4. Potest sane alio ex fonte provenisse, sed potest glossa fuisse ad Schol. Aen. 3, 209 (adfec<ta>tores stupri). Adfectores *Aff.*, *Amp. II.*|| 5-6. A. d. t. vel propinquitas *AB* (!).|| 7. necat vel occidit *A marg.* Suet. Aug. 96 ?|| 8. luctus *AB.*|| 9. Vergilio ascribit Ansil.

AG 1. cf. 10 (Agonista : certator) ; ? 9 (Agonia) ; AN 4 (Antagonista : recertator, etc.)|| 3. Vergilio ascribit Ansil.|| 4. cf. aut A marg. aut Abol. (Agmina: multitudines).|| 6. congerat *B.* cf. CO 33.|| 8. Ex praef. Bibl. ? || 9. cf. ad 1.|| 10. cf. ad 1.|| 11. Aliter aut A marg. aut Abol. (Agitator : ventilator, gubernator, auriga); quae glossa, si revera est huius glossarii, aut ad Nahum. 2, 3 referri potest aut ad Aen. 2, 476.|| 12. cf. Schol. Bern. ad Ecl. 3, 52 (age : dic, propone quicquid velis, incipe dicere).|| 14. Ex Ital. 2 Cor. 2, 17 (ubi Vulg. cauponantes, LXX καπηλεύοντες) ? cf. Aff. (Acinari : tricari, in parvo morari) ; AA (Aginator : qui agit aliquid, id est negotiator aut tricator, morator vacuus).|| 15. cf. Schol. (disponite, cogitate) ad Aen. 2, 640 (vos agitate fugam) ?|| 18. Aen. 1, 574 ? || 19. Rufin. l. c. (hi quos appellabant ἁγνεύοντας, id est qui se castificant).

AI 7. *om. B.*

AL 1. gau. *om. AB.* cf. 4 ? cf. aut A marg. aut Abol. (Alacritatem : velocitatem). || 4. cf. 1 ?|| 5. cf. Schol. Ecl. 8, 17 (almum tria significat.. « alma parens », id est sancta) ? cf. 51.|| 7. *om. B.* Estne glossarii Abol. ?

trum : invicem]. 8. Altercatur : contendit. 9. Allectat : spectat. 10. Alit : nutrit. (Verg.) 11-2. Ala : pars multitudinis <vel> exercitus, <id est equites ;> –aris : caballarius. 13. Allegat : insinuat, mittit. 14-6. Alget : infrig[i]dat, –sit : infrigduit, –sosus : frigorosus. 17. Alvus : venter. 18. Alveum : sinus fluminis. 19. Aliquatenus : aliquantum. 20. Alumni : filii vel servi ; ab alendo dicti. 21. Aliorsum : altera<m> in parte<m>. 22. Alburnum : albescentem aut exalbidum. (Geo. 3, 147) 23. Allegurrit (ablig-) : degustat. 24. Allecti : electi. 25. Alta mente : profundis sensibus. (Aen. 1, 26) 26. Altrices : nutrices vel educatrices. (Aen. 3, 273 –em). 27. Alioquin : siquo minus, quodsi non. 28. Alvearia : vasa apium. (Geo. 4, 34 ?) 29. Alternis agunt : non simul agunt [sed prius unus, postea alter]. (Verg.) 30. Alea : ludum tabulae ; a quodam mag<istr>o Alea nomine qui hoc ludum adinvenit. 31. Alites : aves aligerae. 32. Altilia : volatilia. 33. Almum : lignum ; id est verna. (Verg. ?) 34. Alternis : vicissim. (Verg.) 35. Alternanti : cogitanti. (Aen. 4, 287) 36. Aliquantulum : parvum. 37. Alluvia : consumptio riparum ex aquis. 38. Alitorem : nutritorem. 39. Alnos : nunc populos. (Ecl. 6, 63) 40. Alte subnixa : eminens. (Aen. 1, 506) 41. Alpes : montes Galliarum. 42. Altrinsecus : dextra laevaque. 43. Alienum aes : pecunia feneraticia. 44. Aliquantisper : aliquamdiu. 45. Alogia : convivium Graece. 46. Album praetoris : ubi conscripti sunt qui recitandi sunt ; tabula est et habet albis litteris iudices et senatores. 47. Allicula (ali– ?) : genus vestis. 48. Alumno : amatore sive filio. (Aen. 6, 877) 49. Album : cygneum.

---

8. add. aut A marg. aut Abol. (Altercatio : contentio).|| 9. expectat *A* (recte ?). Hanc glossam (ex hoc glossario sumptam) Canonibus ascribit Leid.|| 10. Vergilio ascribit Ansil. cf. ad 26 ; 31-2 ; 38.|| 11. A. pars multitudinum exercitus *Ansil.* : A. pars exercitus vel equitum *Abav.* : A. pars exercitus equitum *AA*. cf. aut A marg. aut Abol. (Cuneus : turba minor) ?|| 12. vel caballaris.|| 13. Similem glossam (ex hoc glossario sumptam ?) Canonibus (Allegare : insinuare, mittere) ascribit Leid. cf. RE 47 (Relegat) ? || 14-6. cf. aut A marg. aut Abol. (Algor : frigus).|| 15. frigduit *AB*.|| 18. cf. Schol. Bern. ad Geo. 3, 80 (Alvus : venter) ?|| 20. aut amatores *add.* (ex 48 ?) *A*|| 21. cf. Donat. Eun. 82 (aliorsum : in aliam partem, ut seorsum et retrorsum dicitur). || 23. cf. LI 19 (Ligurrit : summitatem degustat).|| 24. cf. Isid. Et. 10, 20 (Adlectus : quod sit palam electus).|| 26. cf. aut A marg. aut Abol. (Altrix : nutrix Hebraeorum), ex Exod. 2, 7. cf. Gloss. Verg., i. e. Abol. (Altricem : nutricem, educatricem). cf. 38 ?|| 29. Vergilio ascribit Ansil. sed... alter *om.* *AB*. cf. 34 ?|| 30. Ex eodem fonte (Schol. Verg. ?) Isid. Et. 18, 60 (alea, id est lusus tabulae, inventa a Graecis in otio Troiani belli a quodam milite Alea nomine). Nostram glossam (ex nostro glossario sumptam ?) Canonibus ascribit Leid. magistro *Nettleship* : vix magistratu (cf. IN 80).|| 31-2. una glossa ? Exhibet aut A marg. aut Abol. cognatas glossas (Aligerae : pinnatae, Altilia : studio saginata), quae si revera nostri glossarii (non Abol.) sunt, habes Alites : aves aligerae, id est pinnatae, Altitia : volatilia studio saginata.|| 31. aligerae *om.* *B*.|| 33. Francogallice « verne ». cf. Class. Quart. 11, 121.|| 34. cf. 29 ? Vergilio ascribit Ansil.|| 36. parum *AB*.|| 37. cf. AD 113 (Adluvium : ruina riparum ex aqua). cf. ad AD 39. cf. Isid. Et. 14, 8, 42 (Circumluvium : locus quem aqua circumluit ; adluvium : consumptio riparum ex aquis) ; Diff. 1, 40.|| 38. cf. 26 ? cf. aut A marg aut. Abol. (Altus : nutritus, pastus) et (Alumnus : nutritus).|| 39. Vergilio ascribit Ansil. cf. Serv. auct. l. c. (quidam alnos poetica consuetudine pro populis accipiunt) ; Schol. Bern. (alnos pro populos).|| 45. Aug. Ep. 9, p. 38, 10, etc.|| 48. Vergilio ascribit Ansil. *om.* *A*. amatores *B*. de amatore cf. Plaut. Most. 325 (ocellus meus, tuos sum alumnus, mel meum).

(=QUI 8) 50. Altum dolorem : infixum. (Aen. 1, 209) 51. Alma : sancta. (Aen. 2, 591 ?) 52. Alucinatio : lucis alienatio. 53. Alga : herba maris. 54. <Alcyones : aves marinae.>

AM

Ambiguum : dubium, instabilem. 2. Amendat : effugat aut longe mittit vel extra commendat. 3. Amnis : fluvius. 4. Amburit : incendit. 5-7. Ambit : circuit, –bitus : circuitus, –bages : circuitus verborum. 8–8ª. Amaenum (–oe–) : fertile, iocundum. Viridem (–retum) : [sive] arborum multitudo. (Aen. 6, 638) 9. Ammodum : valde. 10. Amicitur : tegitur aut velatur. 11. Ambroseus : quidam caelestis odor vel sapor. (Aen. 1, 403 ?) 12. Amisit : perdidit. (=25 ?) 13. Ambusta : combusta. (Aen. 12, 301) 14. Amaracus : genus floris, unde et amaracinum unguentum fit. (Aen. 1, 693) 15. Amplectitur : amplexat. 16. Amanet : extra manet. 17. <H>amata : catenata ; ab eo quod sunt hami. (1 Reg. 17, 5) 18. Amita : soror patris. 19. Amphibalus : birrus villosus. 20. Ambro : decoctor aut profusus. 21. Ambruimur (–buri–) : conburimur. 22. Amoliri : dissipare, <abducere>. 23. Ambigarium (–bifariam) : ex ambabus partibus. 24. Amoris pignus : affectionis vinculum. (Aen. 5, 538) 25. Amissam : perditam. (Aen. 2, 741 ?) 26. Ambustum : ex[a]ustum. 27. Amicit : vestit. 28. Amomum : odor herbae aut unguenti genus. (Ecl. 3, 89) 29. [Amictum : coopérimentum.] 30. [Amblygonium : optunsum angulum.]

AN

Anceps : dubius. 2. Antra : obscura loca. 3. Antibiblium : pignus codicis. 4. Antagonista : recertator, incitator, provocator. 5. Anathematus : abominatus. (? Ital. Tit. 1, 16) 6. Animadversio : sententia in malum data. 7. –vertit : intel-

---

51. cf. 5.|| 52. Ex schol. ad Aen. 12, 669 (« lux reddita menti ») perdito ?|| 53. Ecl. 7, 42, etc.|| 54. *A marg.* (*aut Abol.*) : *om. AB*. Estne decurtata forma glossae Ansil. (AL 80). ?

AM 1. inst. *C* : *om. AB*. Amb. du. incertum instabile *Arma*.|| 2. cf. Schol. Aen. 3, 50 (mandarat aphaeresis est, sive dixeris *commendarat* sive amandarat) ?|| 4. cf. AD 31 (Adurit : incendit). cf. ad 13 ?|| 7. vel anfractus (*ex* AN 45 ?) *add. A*.|| 8-8ª. Fusae sunt adnotationes ad Verg. l. c. (« amoena vireta »).|| 13. vel exusta (*ex* 26 ?) *add. A*. cf. Schol. l. c. (quidam ambustum proprie circumustum accipiunt, sed poetae indifferenter pro combusto utuntur). cf. 4 ? ; 21.|| 14. unde... fit *suppl. Ansil.* cf. Schol. l. c. (hic puer regius unguentarius fuit, qui casu lapsus dum ferret unguenta maiorem ex unguentorum confusione odorem creavit ; unde optima unguenta amaracina dicuntur; hic postea in herbam sampsucum versus est, quam nunc etiam amaracum dicunt).|| 16. –nat ex. –nat *A*.|| 19. –ballus *B*. Rectam formam amphimallum (ἀμφίμαλλον) posteriores cum ἀμφιβάλλειν, ἀμφίβολος contulerunt. || 20-8. glossarum ordo dubius est ; exhibui sicut est in cod. *c*.|| 21. cf. 13.|| 22. cf. Donat. Andr. 707 (amoliri dicuntur ea quae magna difficultate et molimine submoventur et tolluntur e medio) ; Schol. Aen. 2, 109 (hoc verbo « moliri » difficultatem rei ostendit) : Schol. Aen. 10, 477. abducere *add.* (ut vid.) *Ansil.* cf. Arma etc. (Amoliri : abducere); cf. aut A marg. aut Abol. (Amovere : abducere).|| 24. Vergilio ascribit Ansil.|| 25. cf. 12.|| 26. cf. 13.|| 29-30. *om. B*. Suntne glossarii Abol. ?|| 30. cf. Cassiod. de art. 6 (a. vero quod habet ob. a., in quo obtusus angulus fuerit).

AN 3. A. : codex datus pignus pro codice *Ansil.* (*plena glossa* ?)|| 4. cf. ad AG 1. inceptator *A* : incentator *B*.|| 5. Vulg. abominati.|| 6. *ita A marg.* : *om. A* : Ani. sent. *B* : Ani. sent. in reum dicta *Arma*, etc. (*recte* ?).|| 6-7. cf. Isid. Et. 5, 27, 37 (Animadversio enim est quando iudex reum punit ; et dicitur animadvertere, id est animum illuc advertere, inten-

lexit aut occidi iussit. 8. Anxiferis : maestificis. 9. Anediosus (ace–) : taediosus. 10. Animus aequus : animus iustus. 11-2. Ancilia : scuta, –cil : virga aurea. (Aen. 7, 188) 13. Angit : sollicitat aut stimulat aut taedio afficit. 14. Angit : consignat (–stringit ?) vel praefocat. 15-6. Annales : annos vel annua acta continentes. Ann<u>us : anni unius. 17. Antrum : spelunca sive spelaeum. 18. Angina : glandulae. 19. <Ferro> ancipite : gladio ex utraque parte acuto [aut duplici]. (Aen. 7, 525 ?) 20. Ancipites : dubii vel incerti [aut gladii bis acuti]. 21. Anabolagium (–di–) : palleum. (Itala Gen. 49, 11). 22. Anfractu : reflexu adeunti difficile. (Aen. 11, 522). 23-4. Annua : anni dies expleta. Anniversaria : quod supra. (Aen. 8, 173) 25. Antistes : sacerdos. 26. Angusto aestu : angusto freto. (Aen. 3, 419) 27. Animatus : animo firmatus. (? Geo, 3, 81 –mosum) 28. Anhelabundus : multum fatigatus. (? Geo. 3, 497 –hela) 29. Ante omnes : prae omnibus. (Aen. 4, 59 ?) 30. Animi impos : impatiens aut amens. (? Aen. 4, 300 inops a.) 31. Anastasis : resurrectio. 32. Anticipare : praevenire aut praecedere. 33. Anilia : fatuitas, amentia. 34. Annualia opera : singulorum annorum. 35. Antelucanum : ante lucem. (Sir. 24, 44 ?) 36. Antes : extremi ordines vinearum sive arborum. (Geo. 2, 417) 37. Anguis : serpens. 38. Anus : vetula. 39. Annare : natare. (Aen. 1, 538, etc.) 40. Anile : senectutis. 41. Annatentem (obnit– ?) : repugnantem. 42. Anagogen : superior sensus. (Bibl.) 43. Antestatus : testatus. 44. Anquirit : valde quaerit. 45. Anfractus : circuitus. 46. Anasceue : instructio. 47. Angit : paenitet. 48. Animum pascit : avocat, <oblectatur>. (Aen. 1, 464) 49. Ancillatur : famulatur, prosequitur. 50. Annit<itur> : incumbit. 51. Annavimus : adnavigavimus. (Aen. 1, 538). 52. Antiquabit : vacuabit. 53. [Andreas : virtus. (Bibl.)] 54. [Angit : contristat.] 55. Antiae : capilli quos mulieres promissos in capite conponunt.

---

dere utique ad puniendum reum).|| 9. cf. AC 5.|| 10. cf. AE 33.|| 12. vox Etrusca? cf. Lindsay, The Corpus Glossary, A 641.|| 13. afficitur *AB*.|| 14. cf. Schol. Geo. 3, 497 (angit autem bene ait, nam angina dicitur porcorum morbus qui occupat fauces ; Plautus « vellem me in anginam verti ut huic aniculae fauces praeoccuparem ». cf. 18.|| 15-6. cf. 34.|| 15. annorum capitulares *interp. A*. aut libri annua, etc. *C*. cf. ad DI 91 (Diaria).|| 18. cf. ad 14.|| 19-20. una glossa ?|| 19. aut dupl. *om. B C*.|| 20. vel inc. *om. AB*. aut gl. etc. *ex* 19 ?|| 22. Anfracta *B* per flexum *A* : pro luxu *B*. cf. Lindsay in editione Ansil., praef. 6 ; Varro L. L. 7, 15 (Anfractum est flexum... Accius « anfracta revisam »). cf. 45.|| 23-4. cf. Schol. l. c. (Annua quae differre nefas : anniversaria sacrificia, id est sollemnia, etc.); Schol. Geo. 1, 338 (Annua : anniversaria). cf. SO 14 (Sollemnia : annua).|| 27. Ex eodem scholio Isid. Et. 10, 7 (Animosus : quod sit animis et viribus plenus. Animatus : quasi animo auctus, quasi animo firmatus).|| 30. Vergilio ascribit Ansil. cf. EM 8 ; IN 182 ?|| 32. cf. aut A marg. aut Abol. (Anticipat : praeoccupat).|| 33. cf. 40 ; 38.|| 34. Annalia *B* ? cf. 15-6.|| 36. cf. 55 (Antiae). sive arb. *Ansil.* : *om. AB* (*recte* ?) cf. Schol. l. c. (Antes alii extremos vinearum ordines accipiunt, alii, etc... dicuntur autem antes a lapidibus eminentioribus); Fest. 15, 18 (Antes sunt extremi ordines vinearum ; unde etiam nomen trahunt antae, quae sunt latera ostiorum).|| 38. cf. ad 33.|| 40. cf. 33.|| 41. an <Luctantem :> ann. rep. (Aen. 11, 756) ?|| 42. Euch. Instr. p. 161, 9 (Anagogen : superior sensus). Hieronymo in Matth. 10, 9, 10 (secundum a.) ascribit Leid.|| 43-5. una glossa ?|| 44. an Adquirit (cf. ad AD 22) ?|| 45. cf. ad AM 7. cf. 22.|| 46. astructio *B*, *Ansil.* cf. CA 105 (Catasceue : destructio).|| 47. –gint –tent *AB*. cf. 13. || 48. advoc. *A* : voc. *B*. cf. OB 19 (Oblectatur : animum pascit).|| 50. cf. AD 40.|| 52. vel –vit.|| 53-4. *om. B*.|| 54. cf. 13.|| 55. cf. ad 36. cf. Pirie, Class. Quart. 19, 195.

AP

Apricitas : calor. 2. Apocrisis (-crus-) : depulsio. 3-4. Aprica : aestiva, calens. -cum : locus temperatus sine vento. 5. Aptus : utilis, necessarius. 6. Apodixen (-in) : ostensio. 7. Apricis : mansuetis. (Aen. 5, 128 ?) 8. Apex : summa potestas vel cacumen. 9. Apissimo (altis-) otio : largissima (long- ?) quiete. 10. Apparitores : oboedientes. 11. Apocrypha : recondita vel occulta sive remota. (Bibl.) 12. Aptare : componere vel reparare. 13. -tum : [fixum vel] compositum. 14. Apoliterium (apodyt-) : ubi ponuntur res lavantium. 15. Apostropham <id est> transitum fecit. 16. Apologia : excusatio. (Bibl.) 17. Apex : interdum distinctionis nota vel summa pars capitis. 18. Aqualiculum : ventriculum.

AR

Arcet : prohibet aut vetat. (=3 ?) 2. Argivi : Graeci. (Verg.) 3. Arceri : prohiberi. 4. Arguit : accusat. 5. -gutus : urbanus aut astutus. 6. Arbiter : iudex. 7. -trium : voluntas sive potestas. 8. Ardor : flamma. (Aen. 11, 786 ?) 9. Arduus : excelsus. 10. Ariolus : qui aras colit vel divinus. 11. Arithmeticus : numerarius. 12-5. Artus : membra. -tuatim : membratim. -tubus : membris. -tus decori : pulcra membra. 16. Arcessitus : venire compulsus. 17. Argumentum : argute inventum vel quod rei dubiæ fidem facit. 18. Arvina : adeps aut pinguedo. 19. <H>armonia : coniunctio vel consonantia. 20. Arcem : cacumen aut summitas. (Verg.) 21. -ces : edita aut excelsa loca. 22. Ardentes : fulgentes aut festinantes. (Aen. 7, 781 ?) 23. Aras : altaria. (Verg.) 24. Areopagitas : curiales. 25, Arva : terra. 26. Arbusta : arboreta. (Verg. ?) 27. Arcanum : secretum ; hoc est unde ceteri arceantur. 28. Arvína : caro pinguis ferina, vel mappa interius (-ioris ?) sanguinis. 29.

AP 1. cf. 3-4.|| 3. Aen. 6, 312 (terris apricis).|| 4. Apricus *A*.|| 7. Vergilio ascribit Ansil.|| 8. cf. 17. cf. AR 20 (Arcem) ?|| 9. Alt. o. long. qu. *A marg., Ansil.* Amplissimo *Landgraf*. Ex Schol. Aen. 6, 522 (« alta quies ») ?|| 10. cf. aut A marg. aut Abol. (Apparuit : paruit oboedivit). cf. ad PA 39.|| 11. Euch. Instr. p. 161, 8 (Ap. : rec. vel occ.) cf. PL 11 ?|| 12. Vergilio ascribit cognatas glossas Ansil. (Aptemus : componamus, Aptans : componens), ubi etiam alia (Aptat : praeparat).|| 13. fi. vel. *Ansil.* : *om. AB*.|| 14. Ex eodem fonte (Schol. Verg. ?) Isid. Et. 15, 2, 41 (Apodyterium : ubi lavantium vestimenta ponuntur, ab exuendo scilicet dictum, ἀποδύειν enim Graece exuere dicitur).|| 15. cf. Schol. Aen. 2, 56 ; 5, 123 ; Geo. 1, 215, etc. || 16. Euch. Instr. p. 161,9 (Ap. : exc., unde apologeticus appellatur), ex Ital. 1 Cor. 9, 3 ? || 17. cf. 8 ; VE 34.|| 18. cf. Isid. Et. 11, 1, 136 (aq. autem proprie porci est ; hinc ad ventrem translatio) ; Hieron. Ep. 66, 5.

AR 3. cf. 1.|| 4. cf. aut A marg. aut Abol. (Coarguit : valde accusat). cf. Schol. Aen. 11, 164 (arguerim alias indicaverim... alias accusaverim) ?|| 5. cf. 17.|| 10. cf. AU 11 (Augur : qui aves colit, qui per auspicia divinabat, etc.) ; HA 9a (Hariolus : divinus ab aris). vel div. *om. AB* ; sed hab. aut A marg. aut Abol. glossam (Ariolus : divinus). cf. 53 ?|| 11. cf. GE 16 (Geometra). ||17. rei *om. AB*. cf. 5. Ex eodem fonte (Schol. Aen. 7, 791 ?) Isid. Et. 6, 8, 16 (Argumentum vero dictum quasi argutum, vel quod sit argute factum ad conprobandas res) ; 18, 15, 5 (unde et dictum argumentum, id est argutum inventum).|| 18. cf. 28.|| 19. cf. 35. cf. CO 203 (Concentus) ?|| 20. Vergilio ascribit Ansil.|| 23. Vergilio ascribit Ansil.|| 24. cf. ad PA 8.|| 27. Ex eodem fonte (Schol. Aen. 1, 262 ?) Isid. Et. 20, 9, 2 (arca dicta quod arceat visum atque prohibeat ; hinc et arcivum ; hinc et arcanum, id est secretum unde ceteri arcentur). cf. 34.|| 28, cf. 18. pin. *om. AB* (!).|| 29. cf. Fest. 2 (Armillum : vas vinarium in sacris ; dictum quod armo, id est humero, deportetur). Ex Schol. Aen. **11**,

Armillum : vas[a] sacrorum. 30. Argolica : Graecanica. (Verg.) 31. Arcessit : vocat. 32. Argis : Graecis. (Aen. 1, 24 ? ; 7, 286 ?) 33. Arripit : apprehendit. 34. Arciva : armaria. 35. <H>armonia : ex multis vocabulis (vocibus ?) modulatio aptata. 36. Artum : angustum. 37. –tare : constringere. 38. Armitenens : armipotens. 39. Armiger : armiportitor. 40. Arida : ieiuna, sicca. 41. Armenta : pecuaria. 42. Aruspices : qui intendunt signa corporis. 43. ‹Articulatus : articulis compositus. 44-4ª. Armamentarium: locus ubi arma ponuntur <Armamentum : > armatura navium. 45. Artepta (–top–) : genus vasis ut pigella. 46. Archia (–che ?) : initium Graece. 47. Arridet : iocunditatem pollicetur. 48. Arrabonem : arram vel pignus. (Itala 2, Cor. 5, 5 ?) 49. <L>arvas : daemonas. 50. Argolici : Graeci. (Verg.) 51. Arctus : qui et Bootes, stella septentrionalis. (Aen. 6, 16 ?) 52. Arma : auxilia. (Aen. 11, 229 ?) 53. Aruspex : arae inspector. 54. Aries : machinamentum quo muri dissolvuntur. (Verg. ?)

AS

Astra : stellae. 2. Astrologi : qui intendunt signa caeli. 3. A<u>scultat : advertit intente. 4. Ascitus : adiunctus. 5. Aspernatur : despicit, detestatur, contemnit. 6. Asylum : confugii templum. (Aen. 2, 761) 7 Aspita (?) : ruina. 8. [A]spargere voces : multa narrare. (Aen. 2, 98) 9. Asper : tristis obscurus (austerus ?) aut rigidus, districtus. (Verg.) 10. [A]s<y>lum : spolium. 11. <H>astarium : ubi venduntur bona proscriptorum. 12. Asilum : quem Graeci oestrum, rustici tabanum appellant. (Geo. 3, 147) 13. Asotus : luxuriosus. (? Itala Prov. 7, 11) 14. Asur : superbus. (Bibl.) 15. Ast : verum. (Aen. 1, 46 ?) 16. [Asteriscos : stellas perlucentes (prael–).] (praef. Bibl.) 17. Ast illum : illum vero. (Aen. 3, 230) 18. Aspargine : asparsione. (Aen. 3, 534) 19. Ascitis ; quaesitis. (Aen. 11, 308) 20. Aspera hiemps : violenta tempestas. (Aen. 2, 110) 21. Ast illam : verum illam ; femininum est.

---

644 (« per armos ») ?|| 30. cf. 50.|| 32. –gi –ci *AB*. cf. Schol. Aen. 7, 286 ?|| 34. cf. ad 27. ||35. cf. ad 19. cf. Isid. Et. 3, 20, 2 (Harmonica est modulatio vocis et concordantia plurimorum vel coaptatio).|| 38. Armites *AB*. cf. OM 4 (Omniten<en>s : omnipotens), falsa emendatio huius glossae. Voxne Enniana in Schol. Aen. 7, 784 et 8, 299 (ubi Verg. « arma tenens ») citata an prava lectio im eisdem versibus ?|| 41. cf. ad PE 6-7.|| 42. cf. AS 2 (Astrologi : qui intendunt signa caeli) ; AV 8.|| 43. cf. 12-5 ? cf. Isid. Et. 11,1, 84 (artus.. quorum diminutiva sunt articuli, etc.)|| 44. Armamentum *AB*.|| 44ª. *om. A*.|| 45. cf. Hermen. (Pigella : θερμοφύλαξ).|| 47. *ita A marg.* : Arr. iocunditate (*vel* cum ioc.) pollet *ABC*. Ex Schol. Ecl. 4, 60 ?|| 48. –bone *AB*. vel pig. *om. B*.|| 49. cf. Schol. Aen. 6, 152 ?|| 50. cf. 30.|| 51. cf. Gloss. Verg., i. e. Abol. (Arcturum : septemtrionalem stellam), ex Aen. 3, 516.|| 53. cf. 10 ? cf. Schol. Aen. 4, 56 (dicendo autem « per aras » aruspicalem artem ostendit, etc.).

AS 2. cf. AR 42 (Aruspices : qui intendunt signa corporis).|| 3. de forma vulgari asc- cf. Caper gramm. 108, 6.|| 4. cf. 19 ?|| 5. cont. *om. B*.|| 6. an reliqua glossa est infra, 10 ([A] s<y>lum : spolium) ? cf. Schol. l. c.(Iunonis asylo : templo. Alii asylum ideo dictum.. quod fugienti illuc spolia non detraherentur ; σῦλα enim Graece aut furta aut spolia dicuntur).|| 7. vix cf. AR 18 (Arvina : adeps, etc.)|| 8. Vergilio ascribit Ansil.|| 9. Vergilio ascribit Ansil. tris. *om. AB* aridus (*pro* aut ri<gi>dus) *A* obs. pro obsterus (cf. obsculto pro ausculto) ?|| 10. cf. ad 6.|| 12. tabanum *interp. AB*. cf. Schol. l. c. (οἶστρος autem Graecum est, Latine asilus, vulgo tabanus vocatur).|| 13. LXX ἄσωτος.|| 14. *om. A*.|| 15. cf. 21 ; 17.|| 16. Hieronymo ascribit Ansil. *om. B* (potius igitur glossarii Abolita est).|| 19. cf. 4 ?|| 21. pars glossae 17. cf. 15.

AT

At tu : tu vero. 2. At : verum, ceterum. 3. Atroces : inmites, saevi, crudeles. 4. Atrum : nigrum. 5. Atratus : lugubris. 6. Atavi : antiqui. (Aen. 7, 474, etc.) 7. Atrox : ferox, perniciosus, ardens, crudelis. 8. Atomi : tenuissimi pulveres qui in radiis solis apparent, qui dividi non possunt ; Graece enim atomos indivisio, tomus divisio interpretatur. (Ecl. 6, 31.)

AV

Aurora : quae ante solem procedit. 2. Aurea : speciosa. 3. Aula : domus regia. 4. Avium : extra via<m>. (=37) 5. Aurora : matutinum tempus. 6. Avencat (aberun–) : eradicat. 7. Aulaeum : velum. 8. Augures : qui auguria intendunt. 9. Audax : temerarius. 10. Ausim : audacter. (?) 11 Augur : qui aves colit, qui per auspicia divinabat, <id est> avium voces. 12-3. Auget : crescit (!), ampliat. Auctio : crementum vel venditio. 14. <H>aurit : implet, aperit (aut ferit ?). (Verg.) 15. Auspicium : avis signum vel initium mensuum (?). 16. –catur : incipit. 17. Avirum (–itum) : anticum. (=33) 18. Auspicatus : adorsus. 19. Augustius : magnificentius, praeclarius. 20. Aucupatur : appetit, adipisci conatur. 21. Avertit ; distulit, abduxit. 22. Australis : meridiana pars. 23. Auctor : conscriptor, factor, adinventor. 24. Avellit : eradicat, extrahit. 25. Avulsio : ruptura, scissura. 26. Autumo : aestimo. 27. Aversor (–satur ?) : detestor (–tatur ?). 28. Augustior : felicior, praeclarior. 29. Auctoratum consuetudine : plurimorum auctoritate firmatum. 30. Ardeo : audaciam sumo. (Verg.) 31. Avortim (abortum) : conceptum inmaturi partus effusum. 32. Auceps : avium captor. 33. Avitum : antiquum. 34. Aurugo : morbus regius. 35. Aucta : cumulata, impleta. 36. Austris : ventis. (Geo. 1, 418, etc.) 37. Avia : secreta, extra via<m>. (Geo. 2, 328, etc.)38. Avertit:seperavit. 39. Audentior: praesumptior. 40. Audacter : audaciter. (=10 ?) 41. A[u]cta : ripa nemorosa. (Aen. 5, 613) 42. <H>ausi : percepi. (Aen. 4, 359) 43. Auctoritas : aliquibus meritis confirmata persona. 44. <H>austis : potastis (–atis ?). 45. Averni : in-

---

AT 1. Ecl. 5, 88, etc. || 3. crud. *om. B.*|| 7. ard. crud.*om. AB.*|| 8. qui div. etc. *om. AB.* cf. Schol. l. c. (corpus volunt esse atomos, id est quasdam minutissimas partes quae τομήν, id est sectionem, non recipiunt, unde et atomi dictae sunt ; quas Lucretius minutiores dixit esse illis corpusculis quae in infusis per fenestram radiis solis videmus) ; unde etiam Isid. Et. 13, 2, 4 (atomus ergo est quod dividi non potest, ut in geometria punctus ; nam tomos divisio dicitur Graece, atomos indivisio).

AV 6 cf. ER 19 (Eruncare). vix cf. 24 (Avellit : eradicat, extrahit).|| 8. cf. ad AR 42.|| 9-10. cf. Schol. Bern. Geo. 4, 565 ?|| 11. cf. AR 10 (Ariolus : qui aras colit). colligit *AB.* qui per etc. *om. AB.*|| 12. cf. aut A marg. aut Abcl. (Auctum : ampliatum).|| 14. Vergilio ascribit Ansil. cf. Schol. Verg. (Haurit : ferit) ad Geo. 3, 105 ; Aen. 5, 137 ; 10, 314. cf. HA 20 (Haurit : implet).|| 15. vel in. men. *om. AB.*|| 19. cf. 28.|| 20. cf. 32.|| 21. cf. ad 38.|| 24-5. una glossa ?|| 27. detestator *AC* : detestor *B.* cf. AD 35 (Aversatur : detestatur, spernit).|| 28. cf. 19.|| 30. Vergilio ascribit Ansil.|| 31. Avortum *A marg.* conceptus *AB.* effundit *B.* Praeter hanc gl. aliam hab Ansil. (Avortit : c. i. p. effudit), unde suspicor in BC Avortim in Avortit correctum fuisse.|| 32. cf. 20.|| 33. cf. 17.|| 34. Jerem. 30, 6.|| 37. Vergilio ascribit Ansil. cf. DE 112 (Devia : sine via) ; IN 283 (Invium).|| 38. Aen. 4, 389, etc. cf. 21 ? superavit *AB.*|| 38 cum 21. una gl. *C.*|| 39. Aen. 6, 95.|| 42. cf. Schol. l. c. (haurit enim pro percipit ponebant veteres).|| 43. cf. 23 ; 29.|| 44. Ausisti potasti *A* : Austis potatis *B* : Austis potatis inanitis *Amp. II* : Austis : opotatis *Corp.* cf. HA 19 (Hauritur : bibitur, potatur) ?|| 45. Ver-

ferni. (Verg.) 48. Auxesis : augmentum dictionis. 47. <Sub aetheris> axe : sub dio. (Aen. 8, 28) 48. Azymum : sincerum. (Bibl.)

BA

Baptismum : tinctio. (Bibl.) 2-3. Basilla (–ilia) : regina. –leus : imperator aut rex. 4. Bacchus : vinum vetus. (Geo. 4, 279). 5. Barathrum : profundum, vorago fundum carens. 6. Babylonia : confusio. (nom. Bibl.) 7. Bacchanalia : bacchatio vel furor. 8. Baccula (?) : vacca diminutive. 9. Basiliscus : serpens qui flatu suo quod adtingit incendit. (Psal. 90, 13 ?) 10. [Barbarismum : loquellae vitium]. 11. Bardus : stultus, ineptus. 12. Ballista : genus machinae unde excutiuntur sagittae. (1 Mac. 6, 20 ?) 13. Baubant : latrant. (Itala Isai. 56, 10 ?) 14. Baccane (–re) : herba iocundi o<do>ris. (Ecl. 4, 19) 15. Babiger : stultus. 16. Barbarica : auro ornata. (Aen. 2, 504 auro barbarico) 17. [Ba]capulus : in quo mortui efferuntur. 18. Baiulus : portitor. (2 Reg. 18, 22 ?) 19. Balbus : qui verba non explicit ; <Blaesus : qui verba> frangit. 20. Blatta : purpura. (Geo. 4, 243 ?) 21. Baxem (–ea) : calciamenti genus. (Itala Exod. 3, 5 ?) 22. Barcocabas : stella ; et Hebraeum est. (Rufin. Hist. 4, 6, 2.)

BE

Beatus : felix. 2. –atitas : beatitudo. 3. –at : beatificat. 4. –abis : beatum facies. 5. Beneficus : bene agens. (Luc. 22, 25 ?) 6-7. Belliger : vir fortis . –cosus : vir assiduus in bello. 8. –gerant : pugnant. 9. Bella cient : bella committunt. (Aen. 1, 541) 10-3. Bellum domesticum : intra domum. B. civile : civis contra civem vel intestinum. B. Italicum : b. Romanum. B. Punicum : b. Africum. (Verg.) 14. Bestiarius : venator bestiarum. (Itala 1. Cor. 4, 9) 15. Beryllus : genus lapidis pretiosi. 16. Blenones (blenni ?) : putidi, hircones (–cosi ?). 17. Belua : bestia aut fera. 18. Bene linguatus : eloquens. (=BI 7)

---

gilio ascribit Ansil.|| 47. cf. Schol. Veron. l. c. (Sub aetheris axe : sub dio. Accius in Philocteta « sub axe positum », etc.).

BA 4. cf. Schol. Bern. l. c. (Baccho : vetustissimo vino).|| 5. prof. *om. A.*|| 7. furor *interp. B.* || 8. *om. A.* cf. VU 7 (Vuccula : vacca diminutive). an Bucula (cf. aut A *marg.* aut Abol. Bucula ; vacca) ? an Vaccula ? cf. BU 1.|| 10. *om. B.* Estne glossarii Abol. ?)|| 11. cf. ad BE 16. vix cf. Isid. Et. 10, 31 (Baburrus : stultus, ineptus).|| 14. cf. Schol. Bern. l. c. (Baccare : genus herbae florisve iucundi odoris).|| 15. Balbiger *A.*|| 16. aurea ornamenta *A* : auro aut ornamenta *B.* cf. barbaricarii. cf. Schol. l. c.|| 17. cf. Schol. Aen. 11, 64 (Feretrum : locus ubi mortui feruntur. Et est Graecum nomen ; nam Graece φέρτρον dicitur, unde per diaeresin feretrum fecit, dictum a ferendo. Nam Latine capulus dicitur), unde suspicari licet illud Bacapulus ad La(tine) Capulus referendum esse. cf. FE 18 ; KA 14.|| 19. expl. aut frangit *codd.* : Blessus qui verba frangit *A marg.* (*Abol.* ?). cf. Ansil. (Blaesum : balbum, verba frangentem). Ex Schol. Geo. 1, 272 (« balantum ») ? cf. Isid. Et. 10, 29 (Balbus a balando potius quam loquendo dictus ; verba enim non explicat. Inde et blaesus, quia verba frangit).|| 20. cf. Isid. Et. 12, 8, 7 (Blattae a colore nuncupatae, siquidem et conprehensae manum tingunt ; unde et blatteum colorem dicunt).|| 21. Vulg. calceamentum. || 22. cf. Rufin. (Barchochebas quidam, quod nomen significat stellam).

BE 7. cf. aut A marg. aut Abol. (Bellicosus : pugnandi cupidus) et (Bellicus : pugnandi cupidus).|| 9. cf. CI 5 (Ciere bellum).|| 11. Vergilio ascribit Ansil.|| 10-3. cf. IN 265 (Internicivum bellum).|| 15. pret. *om. AB.*|| 16. cf. BU 7 (Buccones) ; BA 11 (Bardus). Plaut. Bacch. 1088 (stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones).

BI

Bistemiae (–toni–) : Troiae (Thraci–). 2. Bisulcum : utraque parte sulcatum, <id est> divisum ungula. 3-5. Bibliotheca : librorum repositio. –thecarius : qui codices rece<n>sat (–et). –pola : qui codices vendit. 6. Blitea : stulta. 7. Bilinguis : bifarius, <vel bene linguatus,> id est eloquens. (Aen. 1, 661 ?) 8. Bibulus : bibitor. 9. Biceps, bicipitis, : bis acutus. 10. Bifidum : biformem (–forem ?). 11. Biti : proficisci. 12. Bigamus : secundae uxoris maritus. 13. Bipinne : secure in utraque parte acuta. (Aen. 2, 479) 14. Bipedale : id est duorum pedum. 15. Biclinium : quasi bicellium, id est duae cellulae. 16. Bivium : iter duplex. (Aen. 9, 238 ?) 17. Bimatur (–na– ?) : duplicatur. 18. Bisulces porcus (–os ?) : fissis ungulis. 19-20. Bimaritus : iterum maritus. Bivira : secunda (–do ?) coniux. 21. Byrsum (–am) : corium bubulum. (Aen. 1, 367) 22. Bipatentibus : ianuis apertis. (Aen. 2, 330 ; 10, 5) 23. Bidento : fodio. 24. Bifores : duplices ianuae.

BO

Bootes : stella, id est Septentrio. (Geo. 1, 229) 2. Bosphorus : transitus Ponti in Asia. 3. Boreas : ventus Aquilo. 4. Boando : vociferando. 5. –are : sonare, strepere. 6. Boa : nomen serpentis. 7. Bovinatores : inconstantes. 9. Bona caduca : facultates quibus non succedit ullus heres. 10. Bombus : sonus aut vox. 11. Bortama (basterna) : tecta manualis. 12. Bootes : nomen stellae. (=1 ?)

BR

Brocca : labrosa. 2. Bravium (–bi–) : praemium vel palma victoriae. (1 Cor. 9, 24) 3. Brevi animo : pusillanimo. 4–5. Brutescunt : stulti fiunt. –tus : stolidus, indocilis. 6. Bruma : tempus hiemis. 7. Britannicae : flores qui in silva nascuntur.

BI 1. Vergilio ascribit Ansil. vix cf. Culex 252 (–ius rex) ; Ciris 165 (–is oris) ; Ovid. Trist. 1, 10, 48 (–as aquas).|| 2. div. ung. *A marg.* (*Abol.* ?). cf. 18 (Bisulces porcos : fissis ungulis.) cf. TRI 5 (Trisulco), ex Schol. Geo. 3, 439 ?|| 4. recensat *Ansil.* : resecat *AB* (–sec– pro –ces– ; errat igitur Birt, Glotta 14, 113) : secat *Corp.*, *Abav.*, etc. : servat *Aff.*|| 6 Plaut. Truc. 854. Post 3 *codd.*|| 7. bif. idem loq. *AB*. cf. BE 18 (Bene linguatus : eloquens). cf. aut A marg. aut Abol. (Bifarius : bilinguis).|| 9. Duae gl. (Bicipitis, Biceps) *codd.*, (quarum alteram bicapitis interp. B C.).|| 10. an Biforem bifidum (Aen. 9, 618) ? cf. aut A marg. aut Abol. (Bifidum : in duas partes fissum).|| 11. an –it –itur ?|| 12. cf. 19 (Bimaritus) ; 20 (Bivira) ; DE 46 (Digamus : secundae uxoris vir, id est duplicato matrimonio).|| 13. Vergilio ascribit Ansil. in ut. pa. ac. *om. AB*. An –em –rem –tam ? Schol. Aen. 11, 651 (bipennis autem dicitur quod ex utraque parte habeat aciem, quasi duas pennas quas veteres dicebant) ; unde etiam Isid. Et. 11, 1, 46, etc.|| 14. Suet. Aug. 43.|| 15. cf. Schol. Aen. 1, 698 ? Plaut. Bacch. 754.|| 17. –ur –ur *B* : –or –or *A*.|| 18. cf. ad 2. divisis *Abactor* (Bisulcum : divisis ungulis, ut porci ; quasi utrimque sulcatum).|| 19-20. cf. ad 12.|| 20. sec. uxor vel coni. *A*. cf. UN 4 (Unicuba) ?|| 22. cf. Schol. Aen. 10, 5.|| 23. Ex Schol. Geo. 2, 355 ?|| 24. Ovid. Met. 2, 4 (b. valvae).

BO 1. cf. 12.|| 2. Ex Schol. Geo. 3, 152 (transiit autem per mare angustum quod Bosphoron appellatum est).|| 3. Geo. 3, 278, etc.|| 4 sqq. Ex Schol. Geo. 3, 223 (reboant) ?|| 7. Vox Luciliana est. cf. Class. Rev. 31, 128.|| 9. cf. ad CA 20. cf. Ansil. (Bo. ca. facultas quae heredem non habet, Bo. ca. facultates quae non habent firmitatem).|| 10. Bomus *vel* Bonus *AB*. Ex Schol. Aen. 7, 23 ?|| 11. Ex Schol. Aen. 8, 666 ? tec. *scil.* lectica.

BR 2. vel –ria. an pal. <id est munus> victoriae ? cf. A marg. (Abol. ?) Brabium palma id est munus victoriae.|| 3. an pusillanimus (*vel* –mi, etc.) ?

BU

Bucula : iuvencula aut vitula. 2. Burritus (ba–) : vox beluae. 3. Burrus : rufus et niger. 4-5. Bustum : lignorum strues ubi corpora humana cremantur. –tuarius : qui corpora humana cremat. 6. Bubulci : pastores boum. (Ecl. 10, 19 *var. lect.*) 7. Buccones : stulti, rustici. 8. Burra : cloaca. (?) 9. Bustum : sepulcrum. 10. Buxeas (bax–) : calceos. (? Itala Exod. 12, 11) 11. Bucerum pecus : bubulum.

CA

summitatem degustat. 20. Limatur : acuitur vel politur. 21. Limitatio : certo firmoque limite. 22. Ligustra et vaccinia : florum genera crocei coloris. (!). (Ecl. 2, 18) 23. Limbo : circuitus chlamydis vel circuitus cuiuscumque rei, aut ora maris (?). 25-6. Li[n]quit : peccavit, aut dimisit. Linquet : dimittet. 27. Linquunt : relinquunt. (Verg. ?) 28-9. Lymphatica : aquatica. –cus : quasi fanaticus, qui ex aqua divinat. (!) 30. Li[n]quuntur : defendunt<ur> (–fun–) vel defluunt. (Geo. 2, 187 ; Aen. 3, 28) 31. Lini (lychni) : cicindelia, lucernae. 32-3. Limbus (lem–) : navicula non grandis. –bunculus : quod supra. (Geo. 1, 201 ?) 34. Lymphis : aquae late diffusae. 35-6. Liniamenta : similitudines. –tum : directum. 37. Lymphatus : furiosus. (Aen. 7, 377 ?) 38. Liquitur : fluit aut exprimitur. (Geo. 1, 44 ; Aen. 9, 813) 39. Liquet : apparet, patet vel manifestum est. 40-1. [Lira : sulci infimus ductus lira dicitur]. –rantes : arantes. 42-3. Lituus : tuba. –uorum : tubarum. 44. Litat : sacrificat vel immolat. 45. Lithargicus (le–) : somnolentus. 46. Lynx : bestia varii coloris. (Verg. ?) 47. Livido (–bi–) : cupiditas, voluptas. 48-9. Livyca (–by–) : Afra sive Maura. –vys (–bys) : Afer. 50. Livitinae (–bi–) : popinae. (?) 51. Lixa : aqua dicebant antiqui ; unde et elixare dicitur. <Et lixa dicitur> militis.

LO

Locant : collocant, stabiliunt, aut [in] mercede deducunt. 2. Logica : rationalis. 3. Longa intercapedine : longo intervallo, longo interstitio. 4. Longo intervallo : ex longo tempore ; sed a locis tractum est ; inter murum et fossatum locus in medio intervallum dicitur ; hoc iam translatum est et ad tempus.

LU

Lubricus : labilis, lenis (–vis ?), nitidus. 2. Luculentus : lingua clarus, disertus. 3. Lubricus : nitidus. (=1) 4. Luculenter : magnifice vel clare. 5. –tum : splendidum. 6. –tior : lucidior vel clarior. 7. Lucus : locus amoenus ubi multae arbores sunt. 8. Luctamina : inquietudines animae, vel certamina. 9. Lucar : erogatio quae solebat in lucis fieri. 10. Luteola : crocei coloris. (Ecl. 2, 50) 11. Lucar : vectigal. (=9 ?) 12. [Lubricus : labilis vel lenis.] (=1). 13. Ludibrium :

---

21. an Limite secto (Geo. 2, 278) ? an Limitata c. f. l. <terminata> ? cf. aut A marg. aut Abol. (Limitata : terminata).|| 22. cf. Philarg. l. c. (Ligustra.. id est flores vel herba. Vaccinia... genus floris crocei coloris vel nigrae).|| 23. an aut ornamentum ?|| 24. non est ; in numerando peccavimus.|| 25. cf. DE 24 (Deliquit : peccavit).|| 28. aqua *AB*.|| 29. cf. 37 ; unde fortasse conficta est. cf. FA 52 (Fanaticus) ? cf. LU 21 (Lunatica) ?|| 31. cf. ad LA 23.|| 32-3. cf, Synonyma ap. Ansil. (Lembus : le[m]nunculus, barca, scapha, cumba, liburna, acatus, myoparon). cf. AC 16 (Acatus : navicula vel barca) ; CU 2 (Cumba : navis) ; LI 8 (Liburna : barca aut navis) ; MI 18 (Myoparon : scapha aut navicula) ; SC 9 (Scapha : navicula parva). cf. aut A marg. aut Abol. (Cercurus : genus navis).|| 34. cf. LA 36 (Latex : aqua ; quia latet in venis) ?|| 36. cf. Amp. II (Liniamentum : si ducas in directum in calamo). vix Lineatum.|| 37. cf. 29. cf. aut A marg. aut Abol. (Li. : bacchatus).|| 40. *om. B*. Estne glossarii Abol. ? cf. Schol. Aen. 1, 97 (cum primo agri arantur, quando duri sunt, proscindi dicuntur ; cum iterantur, obfringi ; cum tertiantur, lirari).|| 45. cf. LE 20.|| 50. Libidine *Ansil.* ||51. militis *conieci* (cf. aut A marg. aut Abol. Lixa : servus militis) : an vilis (*vel* habilis) *A* : inutile *B*.

LO 1. an conducunt ?|| 2. cf. ad ET 4.|| 3. *om. A*. cf. CA 23.|| 4. foss. cf. ad VA 12.

LU 1. cf. 3 ; 12 ; LA 41.|| 2. cf. 4-6.|| 8. vel ce. *om. B*.|| 9. cf. 11.|| 12. *om. B*.|| 13. cf. ad 16-7.

dedecus. 14. Ludificatur : inluditur. 15. Ludi : ludus publicus. 16-7. Ludicra : quae in ludis geruntur, turpia vel inania. L. : inania. 18-9. Luit : solvit, lavat, vel expendit. –itio : iuris verbum. 20. Lumine torvo : diro ac truculento vultu. (Aen. 3, 677) 21. Lunatica : quod fit plenilunio. 22-3. Lupanar : locus turpis. –naria : mulier enim <in>cesta lupa dicta, <id> est meretrix, de qua hoc vocabulum sumptum est. 24. Lupatis : frenis. (Geo. 3, 208) 25-6. Luridos : pallore deformes. –dum : sordidum. 27. Lustratum : circuitum. 28. Lustra ferarum : cubilia. (Geo. 2, 471 ;A. 3, 646) 29. Lustrum : quinquennium. 30. Lussus : frater mariti.

MA

Mandit : <manducat > comedit. 2. Magnificus : magna faciens. 3. Machinatur : parat, instruit machinis <id est> argumentis. (Prov. 6, 14 ?) 4. Macula : turpitudo. 5-6. Macte : magis aucte. M. : maior facte. 7. Madet : umidum est. 8. Magnanimus : magn<i> animi, magnae virtutis. 9. Magnificentia (muni–) : munera vel datum. 10. Magnifice : sollemniter vel praeclare. 11. Magnis modis (votis ?) : magnis precibus. 12. Magnanimitas : fortitudo animi. 13. Magnes : lapis qui ferrum rapit. 14. Magistratum abdicat : id est exspoliat vel exuit. 15. Malivola (mandibula) : mola dentium. 16. Malacia : mollities, Graecum est. (? Itala Deut. 28, 56) 17. Mala gramina : herba venenosa. (Aen. 2, 471) 18. Magalia : mappalia, id est <pastoralia> tabernacula. (Aen. 1, 421) 19. Malus : extremitas arborum navis. (Verg.) 20. Malas : maxillas. 21. Manes : inferna vel sepulchra favillasti (–asque) maiorum. (Aen. 3, 565, etc.) 22-3. Manubiae : spolia quae manu detrahitur, id est <exuviae>, vestes mortuorum. M. : res de praeda collectae vel praeda de hostibus facta. 24-6. Mandit : manducat. (=1) M. : commasticat. Mansa : manducata vel comesta. 27. Mancipare : quasi manu trahere. 28. Manda (men–) : deceptio vel fraus. (=ME 17) 29-30. Manipulosus : <manipulatim>directus. –lus : numerus militum brevis ; unde et manipuli dicti fasces cremiorum quod manu capiantur . 31. Manuale : orarium. (Itala Exod. 39, 15) 32. Manat : fluit. 33. Manifestum : visibile vel certum. 34. Manticulare : fraudare vel furto decipere. (Verg.) 35. Mancipio : quod manu capit et subdit. 36. Mapalia : pastoralia tabernacula.

16-7. cf. Schol. Aen. 12, 764. (Ludicra praemia : vilia, digna ludo) (Haec apud antiquos ludibria dicebantur, non ut nunc in mala significatione). cf. 13 ; ad SP 10.|| 19. *om. B.* Estne glossarii Abol. ?|| 21. cf. ad LI 29 ?|| 23. incesta *om. A.* de qua etc. *om. B.* cf. Schol. Aen. 1, 273 (meretrices lupas vocamus ; unde et lupanaria).|| 25. –dus p. –mis *B.*

MA 1. post 25 *B.* cf. 24-6.|| 2-3. post 7 *B.*|| 3. argumentum *ABC* (sed Machinis argumentis *A marg.*). Machinamentum parat : instruit machinis argumentum *Ansil.* cf. MO 5 (Molitur : parat, instruit, etc.)|| 5. magis autem *AB.* cf. Schol. Aen. 9, 641 (Macte : magis aucte).|| 8. mag. an. *om. A.* cf. Isid. Et. 10, 167 (Magnanimis : ab eo quod sit magni animi et magnae virtutis). cf. 12.|| 9. cf. MU 18-21.|| 14. cf. ad AB 2-3.|| 15. cf. CO 158 ?|| 16. mollitiem Vulg.|| 17. cf. Schol. l. c. (venenatis herbis).|| 18. cf. 36.|| 19. Vergilio ascribit Ansil.|| 22-3. cf. EX 7 (Exuviae : vestes mortuorum). cf. Non. 138 (Manubias : manus exuvias) ; 432 ; Schol. Aen. 4, 93 ; 11,79.|| 27. Expectes capere (cf. 35). An tradere (cf. EM 29 Emancipare : e manu tradere) ?|| 34. Vergilio ascribit Ansil. Quin etiam eadem glossa (hinc sumpta ?)in Gloss. Verg. apparet. Ex Schol. Geo. 4, 377 potest provenire, siquidem revera Festus (118,17) hanc vocem cum voce mantelum consociavit.|| 35. cf. 27. cf. Isid. Et. 9, 4, 45 (Mancipium est quidquid manu capi subdique potest, ut homo equus ovis).|| 36. cf. Schol. Bern. Geo. 3, 340 (Mapalia : casae pastorales). cf. TE 22 ?

(=18) 37. Marsuppium : sacculum pecuniae. (Prov. 1, 14 ?) 38-40. Marcidus : languidus aut ariditati proximus. –cet : languet aut arescit. –cescit : quod supra. 41. Mares : masculi. 42. Mastigia : male serve aut serve nequam. (?Itala Matth. 18, 32) 43. –giae : taureae, flagella. 44. Mas : masculus. (=41) 45. Matus : tristis. 46. Maurusia gens : Maurorum. (Aen. 4, 206) 47. Maximus : maior.

ME

Mecenas (Myc–) : regiones (?). 2. Meat : manat, decurrit, proficiscitur. 3. Medetur : sanat vel curat. 4. Meditullium : in medio campi eminens locus. 5. Mediocris : iustus ; eo quod medium teneat. 6. Meditantem : exercentem. (Aen. 10, 455 ?) 7. Melotes : pelles (–is) ovium sordida[e]. (Itala) 8-10. Melos : cantio carminum. –lopoeos : quasi carminis factor. –licus : poeta carminum quae scribuntur ad lyram. 11. Memora : dic aut indica aut refer. (Aen. 1, 8) 12. –rat : dicit. 13. Mene : me ergo. 14. Mensum : mensuratum. 15. Mens<tr>ui : mens<u>ales. 16. –struum : subaudis tempus, unius mensis. 17. Menda : deceptio vel fraus (Itala Joh. 1, 47 ?) 18. Maenalias : pastorales. (Ecl. 8, 21 –os) 19. Moenia : aedificia murorum. 20. Meritoria : loca tabernarum ubi adulteria committuntur. 21-2. Mercedarius : qui dat mercedem pro labore sibi inpenso. –de : operis conpensatione. (Geo. 2, 62, etc.) 23. Meram : puram. 24. Mercimonia : conmercia. 25. Menstrua : a mense dicta, id est tricensimaria. (Geo. 1, 353 ?) 26. Messum : secatum. 27. Meticulosus : timidus vel metu plenus. 28. Metit : secat. (=26 ?) 29. Meta (–ra) : pura (=23) 30. Metalla : aurum, argentum, aes, ferrum et marmor. 31-3. Metarum : finium. –tatores : mansionum praeparatores. –tari : constituere vel locare.

MI

Micipsa : rex fuit Numidarum. 2. Micans : lucens. 3. Militaris opinator : id est vetus miles. 4. Milesiae : amatoria gesta. 5. Mimologus : qui mimos docet. 6. Minitatur : frequenter minatur. 7. Minicius :

---

39. an delend. Marcet (prava scriptura pro Marcescit) ?|| 41. cf. 44. cf. Schol. Bern. Geo. 3, 64 (Mares : masculos) ?|| 42. serve nequam Vulg.|| 45. cf. Petron. 41.|| 46. Vergilio ascribit Ansil.

ME 1. an <Agamemnonias Mycenas:> My. Agamemnonis (*vel* My. regnum Agamemnonis) (Aen. 6, 838) ?|| 4. cf. Fest. 110, 28 (Meditullium.. ab eo quod est tellus).|| 7. sord. *om. AB*. cf. Euch. Inst. p. 157, 1 (Melotes in Regnorum pellis simplex). Etiam Vulg. Hebr. 11, 37 (in melotis).|| 13. cf. EG 5. cf. Schol. Aen. 1, 37 (Mene : ne non vacat, significat enim ergo).|| 14. cf. 26 (Messum) ? cf. ad 31-3 ?|| 15-6. cf. 25 ?|| 16. cf. ad CA 76.|| 17. cf. MA 28. cf. IN 143 (Inmendat : depravat) ?|| 20. Iuv. 3, 234.|| 21. an Mercedonius ? cf. Fest. 111 (Mercedonios dixerunt a mercedem solvendo. Mercedituum : mercennarium ; quod mercede se tueatur).|| 22. Vergilio ascribit Ansil.|| 21-2. Mercennarius : qui accipit mercedem post laborem *add. Aff.* etc.|| 23. vel –ra (cf. 29).|| 25. cf. 15-6 ?|| 26. cf. 28. cf. 14 ?|| 29. *om. A*.|| 31-3. cf. Schol. Geo. 2, 274 (Metabere : eliges. Et longe alia significatio est metor metaris, unde Lucanus « Hesperios audax veniam metator in agros », et alia metior metiris ; illud enim metatus sum, hoc mensus sum facit). (Metabere : verbum de castris locandis ; metatio est, etc.) ; Fest. 110, 18 (Metari castra dicuntur quod metis deriguntur). cf. VI 9 (Viocurus et cistifer nomina sunt metatorum). cf. 14 ?

MI 3. cf. OP 25 (Opinatores : aestimatores vel † arte † militares).|| 5. cf. HI 28 (Historicus : pantomimus qui historias scribit).|| 6. cf. ad FA 9 ?|| 7. an Myricas : tamaricium (cf. ad 8)?

ericius. (?) 8. Myricae : tamarices. 9. Minotaurus : monstrum quod capite taurino [hab]et cetera pars corporis homo fuit. (Aen. 6, 26) 10. Mirum admodum : valde mirum, supra modum. 11. Mysterium : occulta praefiguratio. (Marc. 4, 11 ?) 12. Misericordia : cordis miseria. 13. Miscellaneum : commixticium. 14. Missicius : qui militiam exivit. 15. Missitat (muss– ?) : qui frequenter mittit (mutt–?). 16. Misellus : miser [vel] minor. 17. Mitram : coronam vel mitellam vel capitis ornamenta. 18. Myoparon : scapha aut navicula. 19. Mitificat : mitigat.

MO

Modulant : librant. 2. –destus et moderatus [et placidus] unum est. 3. Moles : magnitudo vel vastitas. 4. Modo : tantum. 5-6. Molitur : parat, instruit, disponit, conatur. –limine : conatu. 7. –limur : [paramus] statuimus vel fabricamus aut cogitamus. (Aen. 3, 6 ?) 8-9. Molibus : saxis, aut <moles : > machinae. (Aen. 5, 439) 10. Moliri : cogitare vel conari. 11. Mollis : effeminatus, vel qui barbam non habet. 12. Molossus : canis. (Geo. 3, 405) 13. Mollia : blanda. (Verg.) 14. Momentum : stilus in quo momentana exaequatur ; quia cito admodum inclinatur si aequaliter non pensetur vocabulum sumpsit. (Isai. 40, 15 ?) 15. Monstrum : deformitas membrorum. 16. Monarchia : unius principatus. 17. –nacosmum:genus vehiculi quod ab uno iumento ducitur. 18. –nopolium : statio ubi una res venditur. 19. –nogamus : unius uxoris vir. (? Itala 1 Tim. 3, 2) 20. Monumenta : posteritatis memoria<m> continentia vel res memoriae signatas. 21-2. Morus : arbor. –ra : poma. 23. Moretur : differat. 24. Morigerare : mores portare [vel mores facere]. 25. Mos : consuetudo. 26. Motilum (mu–) : sine cornibus aut semitruncum. 27. Motilat (mu– ?) placitum : violat, abiurat. 28. Mox : statim. (=CO 61 ?)

MU

Mucro : gladius aut caput gladii. 2. Mulcet : producit. 3. Mulcatores : peremptores. 4. Multatur : a bono separatur. 5. Multa vi : magna virtute. (Aen. 1, 271, etc.) 6. Mulcavit : vinxit, ligavit. 7. Multatus : condemnatus. 8. Mulcet : oblectat. 9-10. Mulcat : pugnis vel calcibus caedit. –care : calcare, vexare. 11-2. Multa : condemnatio. –tat : condemnat. 13 Mulciber : ignis quod omnia mulceat ; ipse dicitur Vulcanus. (Aen. 8, 724) 14. Multare : condemnare. 15. Mulcere : placare, lenire vel delectare. 16-7. Munuscula : dona modica. –nus : donum (Ecl. 4,

---

8. cf. Schol. Ecl. 4, 2 (Myricae : quod vulgo tamaricium dicitur) ; Ecl. 8, 54 (Myricae : quam tamaricem vulgo dicunt).|| 9. caput taurinum habebat *C*.|| 10. an <Nimirum : > etc. (cf. NI 10) ?|| 12. cf. Isid. Et. 10, 164.|| 14. cf. Schol. Aen. 12, 844 ?|| 15. cf. MU 35 (Muttit : murmurat). cf. ad FA 9 ?|| 18. cf. ad LI 32-3.

MO 2. et plac. *om. B*. cf. ad EQ 4.|| 5. pa. in. *om. A*. cf. MA 3. cf. aut A marg. aut Abol. (Molitio : dispositio).|| 7. pa. *om. B*.|| 8-8a. cf. Schol. l. c. (Qui molibus urbem : aut celsam molibus aut quae molibus oppugnatur).|| 13. Vergilio ascribit Ansil. cf. Schol. Aen. 12, 25 (Haud mollia : vera.. falsa enim plena solent esse blanditiis).|| 14. exaeq. *om. A B*.. si.. pens. *om. AB*.|| 16. Monarchia un. pr. *cum* Monomachia pugna singularis *coniung. C*.|| 19. cf. ad DE 46 (Digamus : secundus uxoris vir ; id est duplicato matrimonio).|| 24. vel mo. fac. *om. B*. an Mo. mores patere (*i. e.* pati) ?|| 27. an Mutat ? aut iurat *A marg.* : *om. AB* : aut iura *Buecheler*. cf. MU 36 ?|| 28. *om. A*.

MU 2. cf. 13.|| 3-4. cf. Schol. Aen. 11, 839 (mulcari enim proprie verberibus dicimus) ? cf. 6-7 ; 9-10 ; 11-2.|| 7. cf. 11-12 ; 14.|| 8. cf. 15.|| 13. cf. Donat. Hec. 65 (Mulciber : quod omnia mulceat).|| 14. cf. ad 7.|| 16. –culum *AB*. donum modicum *A*.

18 ?) 18-21. Munificentia : publicum opus, id est donatio. –nifex : munerarius <qui munera dat>. –nia : officia. –nifex : munus facit, id est officium aliquod. 22. Munerarius : qui munera dat. (=19) 23. Mundum muliebrem : linteamina muliebria. (Esth 2, 3) 24. Murmur populi : seditionis exordium. (Num. 11, 1 ?) 25-6. Murice : genus purpurae. –rex : regalis purpura. (Aen. 4, 262, etc.) 27. Murgiso : callidus murmurator vel fallax. 28-30. Mussitat : murmurat. M. : prae timore [murmurat sive] dubitat. –tanter : leniter. 31. Mausoleum : monumentum. (2 Paralip. 35, 24 ?) 32. Musicum : dulce carmen. (Eccli. 32, 7) 33. Muscosi fontes : herbis mollium frondium. (Ecl. 7, 45) 34. Mutarat (matu–) : adcelerat. 35. Muti[la]t : murmurat. 36. Mutilare : debilitare.

NA

Navita : nauta. 2. Navigabilis : ut pontus. 3. Navarchus : navis magister. (? Ital. Act. Apost. 27, 11) 4. Nam (num) : numquid. (=NU 9) 5-6. Nandi : natandi. –ntes : natantes. 7-9. Nanctus : inventus. N. occasionem : adeptus. –ciscitur : adipiscitur vel potitur. 10. Nardum : genus odoris optimi. (Bibl.) 11. Nat : natat. 12. Navales res : ad navem pertinentes. 13-4. Navantes : operam dantes. –vat operam dat. 15-7. Navit : strenue agit. –vare : studiose agere, imp ere. –viter : studiose. 18-9. Navat : cogit conpellit, adcelerat. –vus : celer, industriosus.

NE

Nebulo : latro vel mendax. 2-3. Nebris : corium cervi. N. Dianae : corium Dianae ; qui<a> eum cervo pingitur. 4-5. Nectar : genus odoris. –tareus : odorifer. (Verg. Cul. 241 ?) 6. Nectare : melle. (Geo. 4, 164, etc.) 7. –tar : i<d est> dulcedo suavitas. (Verg.) 8. Necessitudo : adfinitas ; id est uxor aut filii. 9. Nectit : conligat. 10. Necopinans : nec sperans. 11. Ne credite : nolite credere. (Aen. 2, 48 ?) 12. Ne[c] quis : ne[c] aliquis. 13. Nec quidquam : nec modicum. 14. Ne[c]-quidquam : sine causa. 15. Necne : vel non. 16. Nefandus : nec dicendus. (=18 ?) 17. Nefarius : sceleratus. (=20) 18. Nefandi : iniqui nec dicendi. (Aen. 1, 543 ?) 19-20. Nefas : scelus vel crimen. –farii : criminatores vel scelerati. 21. Nemirum

---

18-21. cf. Schol. Aen. 12, 520 ? cf. MA 9 (Munificentia : munera vel datum). cf. aut A marg. aut Abol. (Munificus : honorificus, magnificus) et (Munificentia : munerum datus).|| 19. qui. mu. dat ex 22 inserui.|| 21. officio *AB*. aliquo *A*.|| 27. de Drance (Aen. 11, 378) ?|| 28-30. cf. Schol. Aen. 11, 345 (Mussant modo verentur vel timent significat, alias dubitant.. interdum susurrant, ut de apibus dixit ; et proprie mussare est obmurmurare etc.).|| 28. cf. aut A marg. aut Abol. (Mussitantes : murmurantes).|| 29. dubitat *C* : murmurat (ex 28 ?) *AB* : murmurat sive dubitat. *Ansil.* i. e. in archetypo murmurat fuerat in dubitat correctum.|| 33. mollibus *AB*.|| 35. cf. MI 15 (Mussitat qui frequenter muttit).

NA 1. cf. Schol. Geo. 1, 137 (Navita : pro nauta ; sicut Mavors pro Mars) ?|| 2. cf. ad CA 76.|| 5-6. cf. 11.|| 7. vix inventu. Nam passive usurpatur a nonnullis scriptoribus. Na. : inventus sive usus *Ansil.*|| 9. aut invenit *add.* (ex 7 ?) *A*.|| 11. cf. 5-6.|| 12. an <Navalia :> na. etc. ? cf. Schol. Aen. 11, 329 (Navalia : hoc loco ipsae res navales sunt, id est pix cera funes vela et alia huiusmodi).|| 13-9. Ex Schol. Aen. 1, 435, etc. ?|| 15. an Naviter : strenue (*del.* agit) ?|| 19. cf. aut A marg. aut Abol. (Navus : inpiger, strenuus, obsequens).

NE 1. cf. aut A marg. aut Abol. (Nebulones : praestigiorum nebulis inducentes).|| 2-3. cf. Schol. Geo. 4, 342 (Pictis incinctae pellibus : nebridas habentes, etc.).|| 12. cf. 85. cf. aut A marg. aut Abol. (Nequid : ne tale aliquid. Nequam : ne aliquem. Necui : ne alicui).|| 16. cf. IN 106 ?|| 18. cf. FA 53 (Fandi).

(ni–) : profecto vel sine dubio. (=NI 10) 22. Nemora : silvas. (Verg.) 23. Nempe : certe ; sed gravi pronuntiatione. 24· Neophytus : rudis, novellus. (1 Tim. 3, 6) 25. Neomenia : kalendae, novilunium. (Bibl.) 26. Neoterici : minores, novicii. (? Itala 1, Tim. 5,1) 27. Nepos : prodigus, eversor. 28. Nequeunt : non possunt, vel deficiunt. 29. –queo : non possum. 30. –quivi : non potui. 31. –quivit : non potuit. (=33 ?) 32. –quit : non potest. 33. –quiverunt : non potuerunt. 34. –quitur : non potest fieri. 35. Nequa : ne ali<qu>a. 36. Nequa : non. 37. Nereia : nympha marina. (Aen. 9, 102 ?) 38. Neriosus : resistens, fortis aut nimium constans. 39. Neve : neque, vel non. 40-1. Neuter : neque iste neque ille. –trum : neque hoc neque illud. 42. Naevus : macula. (? Itala Exod. 12,5) 43. Neuter : nemo nostrum (?). 44-6. Nexa : coniuncta, ligata. –ae : ligatae, iugatae. –us : ligatura. 47. Nex : mors aut supplicium.

NI

Nibata (–va–) aqua : ex nivibus facta. 2. Nibarus (?) : splendidus. 3. Nicromantia (nec–) : quotiens anima ab inferis revocatur. 4. Nidore : odore. (Geo. 3, 415 ?). 5. Nihilominus : nihil minus, sic quoque. 6. Nihil interesse : nihil differre vel distare. 7. Nilicola : Aegyptius. 8-9. Nympha : virgo caelestis vel numen aquae. N. : dea aquarum. 10. Nimirum : valde mirum, vel sine dubio, profecto. 11-2. Nimquid (num–) : non (num) aliquid. –quis : non (num) aliquis. (=NU 6-7) 13. Ninnarus : morio cuius uxor moechatur et ipse tacet. 14-4a. Ni quis : nisi quis ; ni[si] : non. 15-6. Nisu : conamine vel conatu. –sus : conatus aut molitus. 17. Nitura (nat–) : genitura. 18-19. Nitens : nitidus. (=21 ?) –tet : splendet vel lucet. 20. Nititur : laborat. (=TE 24 ?) 21-2. Nitentem : candidum vel nitidum. –tor : splendor, candor. 23. Nitens : ambulans. (=HU 2) 24. Nixus : curvus aut pronus aut incumbens. 25. Nixae : munitae.

NO

Nocte intempesta : media nocte. (=IN 241) 2. Nocentissimus : sceleratissimus. 3. Nomenculator : id est nominum calator ; calare dicebant antiqui, id est clamare.

---

23. certe *BC* : recte vel certe *A* (i. e. prava scriptura et emendata). cf. Lindsay, Early Latin Verse s. v.|| 24. niv. *om. AB*. cf. Isid. Et. 7, 14,6 (Ne. Graece, Latine novellus et rudis fidelis).|| 25. cf. Euch. Inst. p. 154, 22 (Ne. hoc est quod apud nos kalendae sed... Ne. nova luna accipi potest).|| 27. cf. PRO 19.|| 36. cf. Schol. Aen. 3, 453 (Nequa : pro non aut nulla).|| 37. Nereis *B* : Neredia *vel* Nereida *A* : Nerei *Ansil.*|| 38. aut etc. *om. AB*. cf. Suet. Tib. 1 (Neronis.. quo significatur lingua Sabina fortis ac strenuus). An ex schol. Aen. 9, 102 ? Nam certe Lenaeo Graeco nomini Donatus (ap. Serv. Geo. 2, 4) Latinam etymologiam dare non timuit.|| 40. cf. Isid. Et. 10, 187 (Neuter : neque ille neque iste ; quasi diceret ne uterque). cf. aut A marg. aut Abol. (Neuter : nemo e duobus. Neutrubi : in nulla parte). cf. ad CU 7-13 ?|| 44-6. cf. NI 25. cf. aut A marg. aut Abol. (Nectere : ligare).

NI 2. Nivarius *Goetz* : an Nitidus ?|| 3. cf. HI 15 (Hydromantes)|| 4. cf. aut A marg. aut Abol. (Nitore quod nitidum est) ?|| 7. Prud. Psych. 655.|| 9. cf. ad LA 34 ?|| 10. cf. NE 21. cf. MI 10 (Mirum admodum : valde mirum, supra modum).|| 13. ipse *om. AB*. cf. ad LE 12 ? Fuitne persona in Atellana ?|| 14-4a. Ex Schol. Aen. 3, 686 ?|| 20. an lab., conatur ? cf. aut A marg. aut Abol. (N. : conatur).|| 22. can. *om. AB*.|| 23. ante 22 *AB*.|| 25. cf. Schol. Aen. 1, 448 (multi nixae legunt, non nexae). cf. NE 44-6.

NO 3. cf. Fest. 251, 25 (Procalare : provocare ; ex Graeco καλεῖν, id est vocare. Unde kalendae, calumnia, calones et caculae et calatores).

4. Non dubium : verum. 5. Nonnulli : aliquanti vel aliqui. 6. Nonnumquam : interdum vel aliquando. 7. Non nescio : non ignoro. 8. Nonne : numquid non. 9. Non secus : [non] simile. 10. Norma : mensura aut regula, vel aequitas [modus]. 11-2. Norunt : noverunt. –ram : noveram. (Verg.) 13. Noscit : discit vel agnoscit. 14. –scere : cognoscere, considerare. 15. Nothi: generis incesti ex adultero et adultera nati. 16. Novales : campos vel silvas nuper satas. (Verg.) 17-20. Noxia : mala. –xialis : nocivus. –xius : nocens. –xa : crimen aut peccatum vel culpa.

NU

Nuptum veniens : nuptura adveniens. 2. Nugas : inutilis. 3. Nuit : adnuit aut promisit, nutu dedit. 4. Nullus : nemo. 5. Numen : maiestas vel iussio. 6-9. Numquis : numquid aliquis. –quid : numquid aliquid. –quidnam : num quid ideo. Num : numquid. 10. Nummularius : nummorum praerogator. (Matth. 21, 12 ?) 11. Nudipedalia : nudo pede deambulatio Iudaeorum est. (Jerem. 2, 25 ?) 12. Nunc : modo. 13. Nuncupat : nominat vel vocat. 14. Nundinatio : quasi propositio. 15. Nuper : recenti tempore vel modo. 15. Nuptant : nubunt. 17. Nurus (–tus ?) : potestas deifica. 18-9. Nuscit (nes–) : no<n> scit. –cibant : non sciebant. 20. Nusciosus (–citiosus ?) : qui plus vespere videt. 21. Nutat : titubat, tremulat. (=VA 3).

OB

Ob : propter (=9 ?) 2. Obcipit : incipit. 3. Obducta : obposita aut contracta. 4. Obest : contrarium est. 5. Obeundi : fugiendi (fungendi ?). 6. Obeunt : circumeunt. 7. Obeunda : exsequenda. 8. Obaeratus : subaeratus vel circumfusus pecunia <aliena>. 9. Ob hoc : propter hoc. 10. Obficiens : repugnans, obstinatum. 11-4. Obiectat : obicit. –ant : obiciunt aut opponunt. –antur : obponuntur. Obices : qui opponuntur. 15-7. Obit : moritur. –iit : mortuus est. –itus : mors. 18. Obolus : exiguus pecuniae numerus. (Bibl. ?) 19. Obiectatur (oblec–) : amicum (animum) pascit. (=AN 48) 20 <Munus ?> Obire : ingere (?) vel ultro largire. 21. Obiter : simul ; <quasi> in iter ubi non est iter. 22. Obicem : oppositionem. 23. Obiurgat : ad vicem litiganti<s> redarguit. 24. Oblato : offerto.

---

5. cf. aut A marg. aut Abol. (Nonnihil : aliquantum, plurimum. Nonnumquam : aliquotiens. Nonnullus : aliquis).|| 9. cf. HA 17.|| 10. mo. *om. B.*|| 13. dicit vel ignos. *AB* : agnos. *A marg.*|| 14. cognos. *om. AB.*|| 17-20. cf. Schol. Aen. 1, 41 (Noxam : pro noxiam. Et hoc interest inter noxam et noxiam quod noxia culpa est, noxa autem poena). (Quidam noxa quae nocuit, noxia id quod nocitum accipiunt).

NU 1. cf. Schol. Aen. 2, 114 (alii scitatum legunt, etc.) ?|| 3. nutum *AB.*|| 5. cf. 17 ?|| 6-7. cf. NI 11-2.|| 11. sine interp. *AB.* cf. Hieron. ad Galat. 4, 8.|| 13. vel voc. *om. B.* : nomen voc. *Ansil.*|| 15. vel mo. *om. B.* || 17. Nerus *C* (cf. NE 38 ?) : an <Numen : > nutus (cf. 5) ? cf. Fest. 178, 9 (Numen quasi nutus dei ac potestas...).|| 19. noscebant *interp. AB.*|| 20. cf. Fest. 176, 15 (Nuscitiosum.. Aelius Stilo qui plus videret vesperi quam meridie).

OB 1. Harum gl. complures ad unum scholium reicere potes. cf. Schol. Aen. 1, 233 (Ob enim veteres pro iuxta ponebant ; Plautus in Milite « nunc scio mihi ob oculos caliginem obstitisse ». Potest tamen et ante intelligi. Aut ob propter ; Terentius « quodnam ob factum ? » Aut ob circum ; ut « Turni se pestis ob ora. »... Significat ob et contra, ut obstat et obloquitur.) 2. cf. aut A marg. aut Abol. (Occepit : incepit).|| 9. cf. 1.|| 13-4. i. e. Obices : qui obiectantur. id est obponuntur. cf. 22.|| 20. iungere *vel* ingredere *Ansil.* : an sibi ingerere ? an inire ? an fungi ? an ingredi ?|| 21. Crux philologica ab antiquis temporibus. cf. Charis. p. 209, 12.|| 22. cf. 11-4.|| 24-5. una gl. *AB* (*recte* ?).

25. Obficio (off–) : beneficio. 26. Oblatrat : obstrepit. 27. Obliso : fracto. 28. Obliteratum : deletum vel oblitum. 29. Oblogare (–ro–) : contradicere aut contra legem venire. 30. Oblicum : <in> gyrum aut curvum vel de angulo in angulum ductio. 31. Obliqua : non recta. 32. Oblectat ; delectationem infundit. 33. Oblegat : circummittit. 34. Obluctor : contra luctor. 35. Obliqui : non recto itinere gradientes. 36. Obumbrare : obtegere. 37. Obnititur : obsistit. 38-9. Obnu<b>erat : obtexerat. –nu<b>it : operit. 40. Obnitere : resiste[re]. 41-2. Obniti : conare. –nixae : conatae. (Aen. 4, 406) 43-4. Obnubet (–it ?) : obteget. –nu<p>tus veste : circumdatus veste. 45. Obortis : subito natis. (Verg. ?) 46. Obnubit [veste] : circumdedit veste. (Verg.) 47. Obpetere : obcumbere aut mori. (Aen. 1, 96, etc. ?) 48. Obplet : complet. 49. Obpanso : obiecto vel extenso. 50. Obprobrium : maius crimen. 51. Obpet <i>it : obiit. (Aen. 11, 268 ?) 52. Obpigneravit : dato pignore conligavit. 53. Obnixius : firmius vel intentius aut totis viribus. 54. Obsecundat : obsequitur. 56. Obsecrat : rogat. 56. –cro : adiuro. 57. Obstinat : opponit. 58. Obstinatio : mentis duritia aut intentio. 59. Obstrepit : impedit. 60. Obstipum : oblicum, contrapositum. 61. Obsita : obsepta vel circumdata. (Aen. 7, 790 ?) 62. Obnoxius : subditus vel obligatus. 63. Obsit (–dit) : includit. 64. Obscura persona :vilis vel despicabilis. 65. Obstupida: amens vel mente turbata. 66. Obsoletatus : inquinatus. 67. Obseptus : circumdatus ; a sepe tractum est. (=61 ?) 68. Obscenus : turpis aut sordidus. 69. Obsillagis (?) : Marsus. 70. Obstinatus : pervicax, pertinax, obstrictus, obduratus. 71. Obtio : electio. 72. Obtemperat : obedit. 73. Obtrectans : resistens. 74. Obtendit : obicit, opponit. 75. Ob<s>trepit : obturbat. 76. Obtruncat : occidit vel interficit. (Verg. ?) 77. Obtorpuit : obstipuit vel infrigidavit. 78. Obtatius : optabilius.

OC

Ocius : citius vel velocius. 2. Occursare : saepius occurrere. 3. Occipitium : posterior pars vel summitas capitis. 4. Occentare : contra canere. 5. Occupavisset : occupasset. (?) 6. Occultum ignem : absconsum amorem. (Aen. 1, 688) 7. Ocreas : tibialia. 8-9. Occulit (–et ?): occultavit (–bit ?) vel abscondit. ([–cultum : absconditum.] (=6 ?) 10. Occubuit : interiit, mortuus est. 11. Occulendum : occultandum.

---

26. cf. 59 ; 75. Prud. Perist. 10, 913.|| 27. Prud. Psych. 331.|| 29. cf. ad AB 5. leges *AB*: legem *A marg.*|| 30. ductio *om. AB.*|| 31. cf. 35.|| 33. vel Obligat. circumnectit *Nettleship.*|| 37. cf. 40. (resist–).|| 38-9. cf. 43-4 ; 46 ; OM 1. cf. Schol. Aen. 11, 77 ?|| 46. Vergilio ascribit Ansil. cf. ad 38-9.|| 47. cf. 51 ?|| 49. an –um (=OP 29 ?)|| 51. cf. OP 15 (Oppetiit : occidit).|| 53. Obnoxius *AB.*|| 57. cf. 70.|| 59. cf. 26.|| 60. cf. Fest. 210, 11 (Obstipum : oblicum, etc.) || 61. obsecta *AB.* cf. 67.|| 64. vel des. *om. B.*|| 65. Fueratne Plautus (Mil. 1254) in scholio ad Aen. 4, 404 laudatus ?|| 66. –tur –tur *Abba.* cf. Ansil. (Obsoleta veritas : mendaciorum sordibus inquinata), unde suspicio oritur glossam revera Obsoletus esse et ad Italam redire.|| 69. Obsilla regis *C* : an Psylla regis ? Obscura glossa quae ex scholio ad Aen. 7, 750 potest provenire. Certe subest aliqua forma vocis Psyllus. (cf. Lindsay, Corpus Glossary, p. 206).|| 70. obstr. obd. *om. B.*|| 75. cf. 26.

OC 1. cf. Schol. Bern. Ecl. 7, 8 (Ocius : citius, velocius) ?|| 2. Ecl. 9, 25 ?|| 3. posteris vel *AB.*|| 4. cf. Fest. 190, 33 (Occentassit antiqui dicebant quod nunc convicium fecerint dicimus, etc.)|| cf. 8-9.|| 7. Aen. 7, 634 ; 8, 624 ; 1 Reg. 17, 6.|| 8. occ. vel *om. B.*|| 9. *om. B.*|| 11. tegendum aut recondendum *interp. d* : *interp. caret c.*

OD, OE

<H>odoeporicum : itinerarium, viatorium. 2. Oenotri : antiqui cultores Italiae. (Aen. 1, 532). 3. [<Th>oerias (–eo–) : ad divinitatem.] (=TE 32).

OF

Offendit : inpegit vel laesit. 2-3. Officit : inficit aut obest. –cere : tinguere aut nocere. [–ciant : obsint vel noceant]. 5. Offibulare : concludere vel circumdare.

OL

Olympum : caelum vel mare (?). 2. Olim : antiquitus vel aliquando. 3. <H>olocausta : sacrificia. (Bibl.) 4. Olitores : hortulani. (=HO 1 ?) 5. Olli : illi aut cui (?) aut tunc.

OM, ON

Omnita (obnu<p>ta ?) : obvoluta. 2. Omni opere : omni virtute. 3. Omnimodis : omnino. 4. Omniten<en>s : omnipotens. (=AR 38 ?) 5. Omenstrum (?) : auguria maiora. 6. Omen : augurium. 7. Omittit : ignoscit aut praetermittit aut redarguit. 8. Omina : auguria. (=6) 9. Omentum : mappa ventris. 10. Onesiphorus : lucrum ferens. (2 Tim. 1, 16.)

OP

Opulentus : abundans. –ta : abundantia. (Aen. 8. 475 ?) 3. Opimus : pinguis, semper copiosus. (=17 ?) 4-5. Opulentum : divitem. Opes : divitiae. 6. Opacum : obscurum aut humidum vel umbrosum. (Aen. 8, 107) 7. Opaco : tectura (–ro). (Aen. 8, 211) 8. Opem : auxilium. 9. Opperimentum : expectatio. 10. Oppessulatis : clausis : a pessulis dictum. 11-3. Opperientes : expectantes. –ritur : expectat aut observat. –riens : expectans. 14. Operit : cooperit vel obvelat. 15. Oppetit : occidit. (=OB 51 ? 47 ?) 16. Opportunus : necessarius. 17. Opima : pinguia vel fecunda. 18. Oppilat : obdurat (–tu–) vel occludit. (Psal. 106, 42) 19-20. Oppidum : urbem vel municipium, aut civitas modica. –da : municipia vel castella. 21. –do : obiter (?) aut omnino. 22-3. Opinio : aestimatio. –nor : aestimo, aut nisi fallor. 23. Opiliones : pastores ovium. (Ecl. 10, 19 ?) 25. Opinatores : aestimatores, vel arte (?) militares. 26. Opitulatur : auxiliatur aut sustentat. 27. Ope-

---

OD 1. cf. Hieron. Ep. 108, 8.

OE 3. *om. B.*

OF 4. *om. B.* cf. Schol. Bern. Geo. 1, 69 (Officiant : obsint, noceant). || 5. ante 1 *B.* vel circ. *A marg.* : *om. AB.*

OL 1. Expectes c. vel montem. || 5. cf. Schol. Aen. 4, 105 (Olli modo tunc.. alias olli illi significat).

OM 1. Omita *A.* cf. ad OB 38-9. || 5. Omentrum *AB.* An Omen : monstrum, etc. ? An Ostentum, mo. : aug. ma. (cf. OS 5) ?

OP 1. *om. A.* || 2. –lentia *B* (Aen. 7, 262 ?) || 5. cf. ad 8. || 8. cf. 5 (Opes : divitiae) ? cf. Schol. Aen. 1, 601 (opes : divitias... opem. : auxilium) ? || 9. cf. 11-3. || 12. aut observat *om. AB.* (cf. ad 14). cf. PRAE 1 (Praestolatur : observat aut expectat). || 14. obv. *Ansil.* : observat *AB* (ex 12). || 17. cf. 3. || 19. aut civ. mod. *om. B.* || 19-21. cf. Schol. Aen. 9, 608 ; Fest. 201, 9. || 24. ovium *om. B.* || 25. cf. MI 3 (Militaris opinator : id est vetus miles). an Op. : aest. veteres mil. ? an <Militares> Op. : aest. vel actae militiae ? cf. 22-3 ; unde patet illud Opinator q. v. aestimator ab illo Op. q. v. vetus miles alienum esse. || 26. cf. 30. || 27. carmina in uno cod. legitur, quod revocat mentem ad. Horat. C. 4. 2, 31.

rosa : ingentia certamina. (?) 28. Operae pretium : necessarium, vel laboris pretium. 29. Oppansum velum : in scaena quod undique panditur. (Exod. 27, 21) 30. Opitulante : auxiliante. 31. Opobalsamum : lacrima balsami. 32. Optutu : inmobili visu. (Aen. 1, 495, etc.) 33. Optunsa : stulta vel stolida. (Aen. 1, 567.)

OR

Ora : vultus, vel fines (–is). 2. <H>orama : visus somni ; Graecum est (? Itala Gen. 15, 1) 3. Orbita : strata. (Geo. 3, 293 ?) 4. Orsus : loqui coepit. (Verg.) 5. Originis <confidentia> : generis fiducia. (=GE 7) 6. Oraculum : divinum eloquium. 7. Orgia : mysteria vel nocturna cura (sacra ?) aut initia. (Verg.) 8. Orion : stella est. 9-10. Ortus : natus. Oriundus : natus. 11. Orbus : qui filios amittit. 12. Ores(–is) :finibus vel regionibus. (Verg. ?) 13. [Ornos : genus est ligni.] (Verg. ?)

OS, OV

Osurum (–orem) : odiosum. 2. Ostentat : iactat, videri procura, ; aut multa ostendit. 3. Ostrum : purpura. (Verg.) 4. Osores : <odiosi>, odio semper habentes. (=1 ?) 5. Ostentum : monstrum. 6. Os : vultum aut faciem. 7. Osores : odiosi. (=4) 8-9. Ovans : exultans, gaudens. –ntes : gaudentes. (Verg.)

PA

Pabulator : pastor qui praebet pabula. 2-3. Pacificus : pacatus factus. –catus : pacem tenens. 4. Paciscere : gratiam redintegrare. 5. –ctum : conventum. 6. Pactorium : planta[to]rium. 7. Padus : fluvius. (Verg.) 8. <Areo>pagus : collegium curiae <Martis> ; <Areopagitae : curiales>. 9-10. Paganus : ab eo quod pagum colat. –nicius : ut cultus. 11. Pangit : palum figit, aut citharam tangit. 12. Palaestra : luctatorium ubi athletae

---

28. vel la. pr. *om. B.*|| 29. cf. OB 49.|| 31. cf. Philarg. Geo. 2, 119 (Opobalsamum dicit ; in India quaedam arbores sunt ex quibus lacrimae emanant quod opobalsamum dicitur).|| 33. Obtusa *A*.

OR 1. cf. OS 6 (Os : vultum aut faciem).|| 2. Gr. est *om. B.*|| 5. Vergilio ascribit Ansil.|| 9-10. i. e. Ortus : oriundus, natus.|| 11. cf. Isid. Diff. 408 (O. est qui filios amittit, caecus est qui oculos perdit), unde conicere ausim scholium ad Aen. 11, 216 sic fere esse scriptum : Parentibus orbi : orbus proprie est qui filios amittit, hic qui parentes ; et Ovidius (Met. 14, 189) « luminis orbus », id est caecus, qui oculos (–lum ?) perdidit. Cf. ad PE 17 ?|| 13. om. codd. praeter *d* ; interp. (quae ibi quoque deest) hab. sub Osanna *v*.

OS 1. cf. EX 37 (Exosum : odibilem, odiosum) ; PE 100 (Perosum : odiosum)? cf. 4.|| 4. odiosi ex 7 sumpsi.|| 5. cf. PRO 20 (Prodigium : monstrum).

PA 2. vix pacatum faciens.|| 4-6. cf. 11 (Pangit); 32 (Pangit carmina) ; PE 53 (Pepigit : pactum posuit). Serv. Aen. 11, 133 (Pepigere dies : pacti sunt ; nam ab eo quod est paciscor et pepigit et pactus sum facit). Et sic, puto, scholiasta noster: Paciscere est gr. red.; unde « pepigit foedera » (Aen. 10, 902) pactum i. e. conventum posuit ; pangit est palum figit aut citharam tangit, pangitur plantatur ; unde pactorium plant. et pangit carmina, i. e. iungit. Cf. Fest. 235,5.|| 8. Fortasse post Martis addenda est gl. truncata quam hab. aut A marg. aut Abol. (qui Ares Graece dicitur). cf. AR 24 (Areopagitas : curiales). Cf. Schol. Geo. 1, 18 (ut Mars et Neptunus de hac re iudicium apud Athenas experirentur ; unde locus ubi iudices sederunt Ἄρειος πάγος, iudices Atheniensium Ἀρεοπαγῖται appellantur).|| 9. cf. Schol. Geo. 2, 382 ?|| 10. cf. ad CA 76.|| 11. cf. ad 4-6.|| 12. luctatorum *AB*.

se exercent. (Verg. ?) 13-4. Palpo :foveo aut blandio, aut pertracto. pat : blanditur aut manu contractat. 15. Paliurus : genus frutecti est. (Ecl. 5, 39) 16-8. Palabundi : vagi, errantes.-lantes : sparsi, per diversa fugientes. –lantes : gaudentes (?). (Verg.) 19-20. Palmatus : laureatus vel coronatus. –mas : manus, vel victorias. 21. Palteum (bal–) : murum, vel fastigium. (Itala Deut. 22,8) 22. Pantheos : deus qui in se omnes habet significationes ; quasi omnium deus. 23. Panditur : aperitur. (=25 ?) 24. Panovium <custos> : pastoralis deus. (Geo. 1, 17) 25. Panduntur : aperiuntur. 26. Panthera : retia <maior>. 27. Pannica (Puni–) terra transita, Africa (–cana ?). (?) 28. Panniceum (–cia) : genus vestis. 29. Pandum : flexum, curvum. (Geo. 2, 194 ?) 30. Pan : Incubus. 31. Pancra : rapina. 32. Pangit carmina : iungit. 33. Pandectes : omnia ferens, et Veterum (–tus) et Novum Testamentum. (Bibl.) 34. Parsimonia : frugalitas vel temperantia. 35. Participat : inpertit, multis communicat. 36. Par<a>bata : cupidus. (? Itala Iacob. 2, 9) 37. Parasituli : buccellarii. 38. Parcas : Fata sunt <cata> antifrasin, Clotho, Lachesis, Atropos. 39. Pare[s]t : constat. 40. Parumper : valde modicum. 41. Parasceve : cena pura, id est praeparatio quae fit pro sabbato. (Matth. 27, 62) 42. Paret : obsequitur. (=56) 43. Pharmacopola : medicamenti venditor. 44. Partubus : partus effusionibus. 45. Parentia : a parendo, oboedientia. 46-7. Parilitas : aequalitas. –lis : aequalis. 48. Parsurus : parciturus. 49. Parta : adquisita aut parata. (Aen. 2, 784) 50. Pargitur (pang–) : plantatur. 51. Parcissime libavit : tenuiter conprehendit. 52. Participandis consiliis : communiter conferendis eo quod (aequa) parte electionis. 53. –titur : dividit[ur]. 54-5. Parma : genus scuti. –mula : quod supra. (Verg. ?) 56-7. Parentat : umbris vel tumulis mortuorum frequenter paret, id est obsequitur vel ministrat. –talia : dies festus Paganorum. 58. Paradionium (–zo–) : prope balteum. 59-60. Parthus : civis de Parthia. –thicus : negotiator ipse. (Verg. ?) 51. Pa<t>rat : perficit

---

16. vagi *om. AB.*|| 18. an vagantes.|| 19. cf. LA 36.|| 21. Deut. l. c. balteum tecti. cf. 58 ?|| 22. *A marg.* cf. Schol. Ecl. 2, 31 (Pan deus.. id est omne, etc.) ?|| 24. om. codd. praeter *d b.*|| 26. cf. Varro L. L. 5, 100. Ex Schol. Aen. 4, 131 ? Altera pars glossae est TE 27 (Tendicula : quasi retia quae tenditur leporibus vel avibus). cf. ad KA 6-7 ?|| 27. Punica terra Africana *A marg.* (aut Abol.) : Punica terra Africa *AA*. An <Punica regna :> Pu. te. tr., Africana (Aen. 1, 338) ? cf. PE 41 (Poeni : Afri). An Pu. te. : transit ad Africam (Prud. Perist. 13, 1 ; scil. poeta transit, quoniam in hoc hymno primo Africanam tangit martyrem) ? || 28. cf. Isid. Et. 19, 22, 24 (Pannucia nuncupata quod sit diversis pannis obsuta).|| 30. cf. Schol Aen. 6, 775 (Inuus autem Latine appellatur, Graece Πάν, item 'Εφιάλτης Graece, Latine Incubo). cf. SI 10.|| 31. cf. Nonius 59, s. v. Inpancrare.|| 21. cf. ad 4-6.|| 35. inp. *A marg.*, *C* : *om. B.* cf. 52-3 ?|| 37. cf. SA 37 (Satellites) ? buccellatarii *A.*|| 38. *A marg.* sunt etc. *om. A B.* cf. Schol. Aen. 1, 22 (dictae sunt Parcae κατὰ ἀντίφρασιν quod nulli parcant... Nomina Parcarum Clotho, Lachesis, Atropos). cf. ad HE 4.|| 39. cf. 42 ; 45 ; 56-7. AP 10 (Apparitores : oboedientes) ? cf. Schol. Aen. 1, 118 (aliud est parere et aliud apparere ; parere enim est oboedire) ; 10, 76 (parent autem est peritissime agnoscuntur.. Parent : apparent ac patent).|| 40. cf. Schol. Aen. 6, 382 (Parumper : paulatim.. alii parumper valde parum volunt), cf. PE 102 ?|| 42. cf. ad 39.|| 45. cf. ad 39. cf. 56-7.|| 48. Ex Schol. Aen. 1, 144 ?|| 49. cf. Schol. l. c. (Parta : an parata an adquisita armis ?).|| 50. cf. ad 4-6.|| 51. Ex scriptore laudato ad Aen. 1, 256 (cf. IN 129) ?|| 52. cf. 35 ? conferendum *AB.* eo quod etc. *om. AB.*|| 53. cf. 83. (Partiliter : divise).|| 56-7. cf. ad 39 ?|| 58. cf. 21 ?

vel admittit. (=69 ?) 62. Pascha : passio ; Graecum est. (Bibl.) 63. Pastophorium : atrium templi vel sacrarium (Itala Ezech.) 64. Pastinantes : plantantes. 65. Passo capillo : soluto crine. 66. [Passim : dispersi et sine modum.] 67. Patera : fiala ; a potando. (Verg.) 68. Patriarcha : patrum princeps. (Bibl.) 69. Patrantes : admittentes. (Deuter. 4, 25 ?) 70. Patricii : senatores antiquae familiae. 71. Pater patratus : sacerdos [vel] praepositus, <id est> pater foederum conficiendorum quando pax fit cum barbaris. 72. Patescunt : aperiuntur vel deteguntur. (Aen. 2, 309) 73. Patrissat : patri similis fit. 74. Patibulum : crux vel stipites. (Genes. 40, 22 ?) 75. Patricida et parricida : id est qui parentes occidit. 76-7. Patruelis : filius patrui vel filia. –ruus : frater patris. 78. Patuit : adparuit. 79. Patrabant : perpetrabant aut faciebant. 80-2. Patulum : amplum vel diffusum. –lae : patentes. –lum : patentem. 83. Pa<r>tiliter : [patenter vel] divise. 84. Pausa : requies. 85. Pauxillum : paululum. 86. Paulisper : aliquantisper vel aliquantulum.

PE

Phoebe : luna. (=FI 3) 2-4. Peculatus : furatus de peculio publico. –lator : rerum publicarum fur. (=4 ?) –lator : qui pecuniam publicam furat. 5. Pectit : pectinat. 6-7. Pecuarius : armentarius. –cua : armenta. 8. Peditatus : numerus peditum. (=11) 8e. <Paedopoiia> : propagatio filiorum aut nepotum. (? Itala 4 Mac. 17, 6) 9. Pedetemptim : caute ; quasi pede temptans. 10. Pedatum carcerem. (?) 11. Ped[it]es et pedester unum est. <Pedidatus : numerus peditum>. 12. Paedore : sordium inundatione. 13. Paedagogum : eruditorem nutritoremve puerorum. (Bibl. ?) 14. Peierat : male iurat. 16. Paedor[a] : aurium sordes. 17. Pegaso (?) : homo iocularis. 18. Pelex (caelebs ?) : sine filiis. 19. Pelex : sollicitatrix anima (thalami) maritalium ; a pelicando dicta. 20. Pellecti : inlece-

---

62. Melius Isid. Et. 6, 17, 11 (Paschae autem vocabulum non Graecum sed Hebraeum est, nec a passione... sed a transitu) ; Euch. Inst. p. 154, 1 ; Hieron. Matth. 26, 1.|| 63. cf. Euch. Inst. p. 149, 15 (item in Ezechielis extrema parte in visione civitatis in veteri translatione habet pastophoria, in nova gazophylacia, id est cellulas parvas).|| 66. *om. B.* Estne glossarii Abol. ?|| 67. patendo *C.* cf. Isid. Et. 20, 5, 2 (vel quod in ipsis potare solemus vel quod patentes sunt). cf. aut A marg. aut Abol. Patera : regium poculum cf. Ansil. (Pa. : re. po., fiala ; Pa. : regalis fiala). Vide SC 6.|| 69. cf. 61 ? 79 ?|| 70. cf. CI 6 (Civis patricius : senator maior). || 71. Pater patrum *AB.* pater fidem quasi nov. lem. *AB.*|| 71. cf. IN 106 (Fetiale ius) : Corp. etc. (Fetialis : pacis sacerdos Fetialis corona : sacerdotalis) ? cf. Schol. Aen. 9, 53 ; 10, 14 ; 1, 62.|| 73. cf. VI 30 (Virissat). cf. Ter. Ad. 564 (patrissas ; abi, virum te iudico) ?|| 79. cf. ad 69.|| 80. vel –lam. ||80-2. cf. Schol. Ecl. 1, 1 (Patulae : patulum dicimus quod patet naturaliter, ut nares, arbor.)|| 83. cf. 53.

PE 2-4. cf. DE 74 (Depeculatus : pecoribus depraedatus). cf. Schol. Ecl. 1, 32 ; Fest. 232.|| 2. pub. *om. AB.*|| 3. Pecula *AB.* fur *om. AB.*|| 4. post 8 *A* : post 6 *B.*|| 6-7. cf. AR 41 (Armenta : pecuaria) ? cf. Schol. Geo. 3, 64 (Pecuaria : ab eo quod est pecuare venit ; nam pecua .. ab eo quod est pecu venit) ? interp. *om. AB.*|| 9. cf. Donat. Phorm. 552 (Pedetemptim : caute ; a pedibus et temptando).|| 10. cf. 12 ?|| 11. cf. 8. cf. ad EQ 3-4. || 12. cf. 16.|| 13, nut. *om. AB.*|| 14. male *om. AB.* cf. DE 129 (Deierare : <valde> iurare). Ex Schol. Aen. 2, 195 ?|| 15. non est ; in numerando peccavimus.|| 10. cf. 12.|| 17. cf. SA 39 ?|| 18. cf. Gloss. Verg. (Peleps : sine filiis), glossa hinc sumpta ? cf. aut A marg. aut Abol. (Caeleps : sine uxore). Expectes Orbus (cf. ad OR 11).|| 19. cf. Fest. 225, 9 (Pellicator : qui pellicit ad fraudem).|| 19-24. cf. Schol. Aen. 2, 90 ; Geo. 4, 443. Cf. 104.

brati vel seducti. 21. Pellacem : dolosum vel fallacem. 22. Pellexit : in fraudem induxit. 23. Pellector : persuasor vel incitator. 24. Pelices : concubinae. 25. Pelle : expelle. (Aen. 2, 784 ; 5,812) 26. Pela (pi–) : iacula vel tela. (Verg. ?) 27. Pellvenis (pellis aenis) <squamis> : lorica. (Aen. 11, 770) 28. Pelorum : promuntorium. (Aen. 3, 411 ; 687) 29. [Pelasgae : Graecae.] (Aen. 2, 106) 30. Penuria : fames aut inopia aut necessitas. 31. Paenula : lacerna vel stola. 32. Pentomen (perit–) : circumcisio. (? Itala Galat. 2, 9) 33. Penum : cellarium. 34. Pensitat : librat. 35. Pendeo : faveo vel blandior. 36. Phoeniceo : rubeo. (Ecl. 7, 32) 37. Pensum (pessum) : pessimum. (=107 ?) 38. Paene : prope vel iuxta. 39. Penis : natura, pudenda. 40. Pensio : pretium vel exsolutio. 41. Poeni : Afri. (Verg.) 42. Pensiculatores : libratores. 43. Penetralibus : interiora domus vel templi. (Verg.) 44. Pentametrum : versus quinque syllabarum (!). 45. Penes : aput. 46. Pensationes : librationes. 47. Penitissima : interiora. 48. Paenitudo : paenitentia. 49. [P<o>enigenam (–ram ?) : p<o>enam sumentem.] 50. Pernox : pervigil. (Geo. 3, 20 ?) 51. Peplum : stolam vel pallium quo matronae utuntur ; est item peplum textum ingens in modum navalis veli quod in templi arcem subvehitur. (Aen. 1, 480) 52. Pepulit : amovit, reppulit. 53. Pepigit : pactum posuit. 54. Perpetuum : sempiternum. 55. Perpetitur : patitur vel tolerat. 56. Perplexa : <multis>conligata<modis>. 57. Perculit : proturbavit, aut iactavit, vel prostravit. (Aen. 5, 374) 58. Percatapsat : valde caedit. 59. Perniciosus : qui dat operam ut perdat aliquem ; unde et pernicies dicitur. 60. Pertinax : qui se vehementius tenet ne consentiat. 61-2. Perfidus : qui semel fidem fregit. –diosus : qui semper. 53. Percussus : permotus aut pertractus (prostratus ?). 64-5. Perduellis : hostis vel bellator. –ium : rebellatio. 66-7. Pernix : velox. (=77 ?) –citas : velocitas. 68-9. Pertinax : inpudens. –vicacia : praestans inpudentia. 70. Peresum : comestum vel exinanitum. 71. Perte[n]sum : taediosum vel permolestum. 72. Percellit : percutit vel [per]evellit. 73. Perperum : perversum. 74. Pernoscimus : peragnoscimus. 75. Perniciosum : valde nocivum. 76, Perpetiendum : tolerandum. 77. Pernicibus : celerissimis, velocibus. (Aen. 4, 180 ; 11, 718) 78. Perpendit : aequavit vel aestimavit. 79. Percontatur : interrogat. 80. Peritus : scientia plenus. 81. Percitum : celerem aut permotum. 82. Perfungitur officii (–cio) : munus complet. 83

---

22. Similiter Fest. 225, 11 (Pellexit : in fraudem induxit). || 29. Estne glossarii Abolita ? || 31. cf. Euch. Inst. p. 156, 19 (Penula in Apostolo Latinum est ; est autem quasi lacerna descendentibus clavis). || 33. cf. Schol. Aen. 1, 704 ? || 34. cf. 42 ; 46. || 36. cf. FE 9. || 37. Pessum : profundum aut pessimum *Ansil.* || 40. cf. Fest. 229 (Pendere poenas). || 41. cf. ad PA 27. || 42. cf. ad 34. || 43. interior *AB*. cf. 47. || 44. Prior pars est EN 17 (Hendecasyllabus : versus undecim syllabarum). || 46. cf. ad 34. || 47. cf, 43. || 49. *hab. A marg., d : om. cett.* Ex Schol. Aen. 7, 773. (ubi aliter Servius) ? vix Pennigeram pennam sum. (Prud. Symm. 2, 33). || 50. cf. Austin, Class. Quart. 19, 93, qui addit (ex Ab Abs.) Luna pernocte : quae lucet tota nocte (Ov. Met. 7, 268). || 51. quo etc. *om. AB.* || 52. expellit *add.* (ex 25 ?) *B.* || 53. cf. ad PA 4-6. || 56. conlig. *interp. AB.* Perflexa m. c. m. *A marg.* : Perplexa m. m. c. *et* Perfelexa m. c. m. *Ansil.* || 58. Ex Schol., puta, Aen. 1, 478 ? cf. PA 13-4 (Palpo, Palpat) ? || 59. cf. 75. || 60. cf. 68-9 ? || 63. prostractus *Ansil.* : perfractus *Nettleship.* cf. aut A marg. aut Abol. (Perculsus : permotus, perterritus). || 68-9. cf. 103 (Pervicacia : contumacia). cf. 60 ? || 71 cf. 100 (Perosum) ? || cf. TE 23 (Tensus : taesus). || 73. cf. 93. (Perperam : prave vel perverse). || 75. cf. 59. 77. cf. 66-7 ; 84-5. || 80. cf. AB 14 (Abusitatus : minus instructus scientia) ? || 81. per momentum *AB.* || 82. cf. 90 ?

Perlustrat : pervidet. 84-5. Pernicius : velocius. –citer : velociter. 86. Perfugium : auxilium, latebras, receptaculum. 87. Persolla : persona vilis. 88. Peragrat : circuit, gyrat inquirendo. (Verg.) 89. Pergenuat : genibus pergit. 90. Perfunctorie : imaginarie, leviter aut transitorie. 91. Perlata : tolerata. 92. Perendie : post crastina. 93. Perperam : prave vel perverse. 94-5. [Perpessus : passus aut sustinuit.] –pessicius : qui frequenter aliquid patitur. 96. Peristromata : tegmina accubitus. 97. Percita : concita. 98. Perdocilis : valde docilis. 99. Pervium : perplanum. 100. Perosum : odiosum. 101. Perspicuum : manifestum vel clarum aut lucidum. 102. Perexiguum : valde parum. 103. Pervicacia : contumacia. 104. Persuastri<ces> : persuasione<s>. 105. [Persentiscere : ..] 106-7. Pessum : deorsum vel praecipitium, id est perditum. Pessum <dat>a : praecipitata vel confracta. 108-10. Petulci : petentes vel hilares. –lans : lascivus ; a petendo. –lanter : inpudenter.

PH, PI

Philippeos : solidos. 2. Piaculum : crimen aut aliquid impie in templis aut in sepulchris commissum. 3. Piabunt : expiabunt. (Aen. 6, 379) 4. –abilem : grandem. 5. Pictiones (pyctonices ?) : qui vincunt in pyctarum certamine. 6. Piget : pudet, poenitet, taedet. 7. Pigridae (picrides) : quasi lactucae. (Itala Exod. 12, 8) 8. Pilum : unde contunditur quidquid in pila tunditur. 9. Pisi (parapsis ?) : gabata vel patina. (Matth. 23, 25 etc.) 10. Pilos : contos. 11. Pila : hasta <Romana, gaesa Gallorum, sarissae Macedonum>. 12. Phylacteria : carmina. (Matth. 23, 5) 13. Pilo : hasta. (=11 ?) 14. Pinnirapos : sectatores gladiatores ; quod pinnis (–as) rapiant. 15. Piraticus : subaudis ut caster (!). 16. Pyra : ara lignis altioribus conposita ; quae cum adhuc non ardet rogus dicitur, cum vero ardet pyra dicitur ; pyr enim Graece dicitur ; ubi corpora mortuorum conburebant. (Verg.) 17. Pyrites : lapis Persicus qui in tenentis manu si vementius prematur adurit ; propter quod ab igne nomen accepit. (Aug. Civ. 21, 5) 18. Pisilla (pu–) : parvula (Bibl. ?) 19. <E>pisema : specular (–la ?). 20. Piste (pyctae) : quibus raduntur capita et caedunt se corio crudo. 21. Pistrix : belua marina. 22. Pithecus :

84-5. cf. ad 77.|| 86. Synonymis Ciceronis ascribit Ansil. Cf. PRAE 22 ? || 87. cf. Plaut. Curc. 192. cf. MI 16 ?|| 88. inq. *om. AB.* cf. CI 11. cf. Schol. Aen. 4, 72 (Peragrare enim est circumire inquirendo).|| 93. cf. 73.|| 94. *A marg.* : *om. B.*|| 95. cf. ad IA 5.|| 96. gemina (*om.* acc.) *AB.*|| 100. cf. ad OS 1. cf. aut A marg. aut Abol. (Perosum : odibile).|| 102 : cf. PA 40?|| 103. cf. ad 68-9.|| 104. Persuastra *vel* –suasura *A.* cf. Plaut. Ba. probri perlecebrae et persuastrices. Ex eodem scholio atque 18-24 ?|| 105. in uno cod. *d*, ibi autem sine interp. cf. PRAE 71. Cf. Ter. Haut. 916.|| 106-7. cf. aut A marg. aut Abol. (Pessum : praeceps. Pessumdatus :praecipitatus).||107. cf. 37.||108-10. cf. Schol. Geo. 4, 10 (Petulci : id est salitores vel petulantes exsultatione). (Petulci : lascivi, exultantes ; et petulci dicti ab appetendo).

PI 4. an –le –de (Ov. Fast. 3, 289 –le fulmen) ?|| 5. vincuntur *B.* cf. 20 (Pyctae).|| 6. poen. taed. *om. AB.*|| 8. cf. Isid. Et. 4, 11, 5 (Pilum autem est unde contunditur quidquid in pila mittitur) ; ex Schol. Aen. 9, 4 ?|| 9. Parapsis *A marg.* Noli emendare Pyxis (cf. 23).|| 11. Gaesa et Sarissae suo utramque loco hab. *C.* cf. Schol. Aen. 7, 664 (Pilum proprie est hasta Romana, ut gaesa Gallorum, sarissae Macedonum). cf. 13.|| 14. cf. Iuv. 3, 158.|| 15. cf. aut A marg. aut Abol. (Pirata : latro maritimus). cf. ad CA 76.|| 16. cum ve. ar. p. dic. *om. AB.* cf. Schol. Aen. 6, 177 ; 11, 185. cf. ad RO 1.|| 17. cf. ad AB 52.|| 19. speluncar *A.* cf. Gundermann, Berl. Phil. Woch. 21, 982. Effisematis specularibus *A marg.* : Pisema specula phylacteria *Ansil.* Ex 1 Macch. 14, 48 ?|| 20. cf. 5.|| 21. cf. PRI 5. (Pristis) cf. Schol.

monstrum vel simia. 23. Pyxides : vasa modica argentea vel lignea in similitudine capsellae.

PL

Placidam quietem : lenem somnum. (Aen. 1, 691) 2. Plaga : caeli pars vel tractus. (Verg.) 3. Plaudit : manus conponit. 4. Plagiarius : qui inducit pueros et sollicitat servos alienos. (1 Tim. 1, 10 ?) 5. Plangoribus : planctibus. (Verg.) 6. Placentem (–tae) : dulcia ; eo quod placeant edenti. 7. Plantario : horto vel pomario. (Dan. 2, 41 ?) 8. Platea : via spatiosa. (? Dan. 9, 25, etc.) 9. Plausum : laetitiae indicium. 10. Plaustrum : reda vel carrum vel vehiculum. 11. Plastographis : falsis scriptis. (*Unde* ?) 12. Plagiarius : abigeiator, qui mancipium vel pecus alienum seducendo distrahit. 13. Planus : aequalis vel mag[n]us. 14. Plausile et plausibile unum est. 15. Plaustrit : quod de plaustro sonat. 16. Plangor : plangentium vox. 17-8. Platanus : genus arborum. –taneto : ubi sunt multae arbores platani. 19-21. Plerique : aliquanti vel nonnulli. –raeque : aliquantae. –rumque : aliquotiens vel adsidue. 22. Plebicola : amans cives. 23. Plebs urbana : populus Romanus. 24. Plebeius : homo sine dignitate. 25-6. Plectitur : decollatur. –tere : punire. 27. Plectrum : quo chordae tanguntur. 28. Plebiscitat : plebem alloquitur. 29. Pliades : stellae ; apo tu plistu, id est a pluralitate, dictae sunt. (Geo. 1, 138 ; 4, 233) 30. Plodere : repercutere. 31. Plaustrum : vehiculum (=10).

PO

Poculum : calix vel scyphus, vel omne vas in quo bibendi est consuetudo. 2-4. Poetria : poeta femina. –esis : materia totius carminis in quo poeta versatur. –eticus : subaudis liber vel cantus. 5. P[o]enates : dii quasi domestici. (Verg.) 6. Phoenicentaurus (–copterus) : avis quae quasi purpureas pinnas habet. 7 Poema : carmen est quando (quod) poetae conscribunt. 10. Potitur : fruitur [vel adquirit]. (=56 ?) 11-3. Polum : caelum vel sphaera. –lo : caelo. –lus : orbis. 14-5. Pollens : potens [vel abundans]. –llet : excellit vel praefulget aut viget. 16-7. Polluit : inquinavit. –uto :

Aen. 3, 427 (si navem intellegas haec pistris, huius pistris facit ; si de belua, haec pistrix, huius pistricis facit).|| 23. cf. Iuv. 13, 25 ?

PL 1. lenem *om. AB.*|| 2. Vergilio ascribit Ansil. cf. CI 37 ? vel vulnus *add. A.*|| 3. cf. 9.|| 4. cf. 12 ?|| 5. cf. 16.|| 6. cf. Schol. Aen. 7, 109 (liba autem sunt placentae de farre, quae alii liba dicunt eo quod libeant et placeant) ; unde etiam Isid. Et. 20, 2, 17 (placentae sunt quae fiant de farre, quae alii liba dicunt, eo quod libeant et placeant).|| 9. cf. 3. cf. aut A marg. aut Abol. (Plaudit : sonum facit. Plausus : favor) ?|| 10. cf. 31 ; 15.|| 11. cf. AP 11 (Apocrypha) ?|| 12. cf. 4 ? cf. AB 17.|| 13. vel ma. *om. B.* Pl. magus, Pl. aeq. aut seductor *Ansil.*|| 14. cf. ad EQ 4. Ex Schol. Aen. 10, 481 (penetrabile pro penetrale) ?|| 15. Ex Schol. Geo. 3, 536 ?|| 16. cf. 5.|| 22. Eadem gl. (hinc sumpta ?) in Gloss. Verg. An cf. Schol. Aen. 6, 818 (Valerius Publicola) ?|| 24. cf. aut A marg. aut Abol. (Plebeium : rusticum vel de plebe). || 28. cf. CI 50.|| 29. *A marg.* : *om. A* : stellae *interp. B.* cf. Isid. Et. 3, 71, 13 (Pliades a pluralitate dictae, quia pluralitatem Graeci ἀπὸ τοῦ πλείστου appellant). Aliter Serv. Geo. 1, 138 (ἀπὸ τοῦ πλέειν).

PO 1. cf. Isid. Et. 20, 5, 1 (Poculum a potando nominatum ; est enim omne vas in quo bibendi est consuetudo).|| 3. cf. 7.|| 4. cf. ad CA 76.|| 6. cf. ad FE 9. cf. Iuv. 11, 139 ?|| 7. cf 3.|| 8-9. non sunt ; in numerando peccavimus.|| 10. vel adg. *om. B.*|| 11-2. cf. aut A marg. aut Abol. (Poli : caeli).|| 14. vel ab. *om. B.*|| 15. aut vi. *om. B.*|| 17. –tio –tio A.

inquinato. 18. Polumum (pulvinum ?) : locus sacrorum. 19-21. Politem (pollinctum ?) : ubi cadavera ponuntur ; Graecum est. –linctus : [in]sepultus. –linctores : inhumatores ossuum cadaverum sepultores. 22-3. Pomarium : locus ubi sunt poma. –merium (–metum) : ipse locus arborum. 24. [Pompas : obsequia funeris.] 25. Pontifex : sacerdos maior. 26. Pontum : mare. (=31 ?) 27-8. Pontus : provincia. –ticus : civis exinde. 29. Pompulentus : pompa plenus. 30. Pons : iter super fluvium, id est ponte. 31. [Ponti : maris.] 32-3. Populatus : exspoliatus, vastatus. –lantes : quassantes (vastantes ?). 34-5. Popularis : populo semper inmixtus. –laritates : populorum congregationes. 36. Poplites : genuum flexura. 37. Portendit : futura significat ; quasi porro tendit. 38. Portuosus locus : abundans portibus. 39. Porro : autem, aut longe, aut deinde. 40. Porphyrissa : purpurea ; Graecum est. 41-3. Portentum : signum aliquod. –ndi : significandi (–cari). –nta : signa vel mirabilia. 44. [<Porgite> : porrigite, propinate.] 45. Postliminium : qui post captivitatem revertitur ad iura quae amiserat. 46. Posthumus : post mortem patris natus. 47. Post[p]ridie : altera die. 48. Postcrastinat : differt. (=PRO 14) 49. Postulaticius : ille qui postulatur. 50-1. Posteri : postea nati. –ritas : generatio subsequens. 52. Posco : peto vel interrogo. 53. Posuere : constituere. (Geo. 2, 383, etc.) 54. Potis es : potes. 55-7. Potiendi : fruendi. –titur : fruitur, adipiscitur. –tior : fruor, aut superior vel melior. 58. Potissimus : potior vel optimus.

PR<O>

Probabilis : doctus. 2. Probus : bonus, optimus vel iustus. 3. Problemata : quaestiones. 4-5. Procul dubio : longe a dubitatione. Procul : longe. 6. Proceres : ornatus aedificiorum. 7. Procaciter : intemperanter. 8. Pronubante : adsistente. 9. Pronostra (–ros–) : ante nostra (ros–). 10. Procax : audax vel frontosus aut inportunus. 11. Procerus : longus aut largus. (Ecl. 6, 63 –as) 12. Proceres : primates viri electi aut principes. 13. Procella : pluvia cum tempestate. 14. Pro-

---

18. an lectus (cf. PU 14 Pulvinus : lectus) ? Polubrum : lacus sa. *Nettleship.* an lotio ?|| 21. inhumatorum *AB*. ossa *A*. cadavera sepultorum *AB*. Ex Schol. Aen. 9, 487 ?|| 22-3. cf. Isid. Diff. 465 (Pomerium est ubi poma ponuntur ; pometum est ubi poma nascuntur). Ex Schol. Geo. 3, 533 ; Aen. 12, 199 ? cf. SP 24.|| 24. cf. 29. *om. B.*|| 25. cf. ad VA 24-5.|| 26. cf. 31.|| 27-8. cf. SC 27-8 (Scythia : provincia. –tha : civis exinde).|| 29. cf. 24.|| 30. Illud ponte nihil de glossarii origine docet. (cf. Lindsay, Class. Quart. 11, 121).|| 31. cf. 26. *om. B.*|| 32. vast. *om. AB.*|| 32-3. Ex Schol. Aen. 6, 496 ; 4, 403 ? cf. aut A marg. aut Abol. (Populatus : praedavit vel devastavit. Populatio : devastatio).|| 37. cf. Schol. Aen. 7, 256 (Portendi : porro tendi). cf. 41-3.|| 38. an <Opportunus : > po. lo. etc. ? cf. Schol. Aen. 11, 305.|| 41-3. cf. 37.|| 44. *om. B.* cf. Schol. Aen. 8, 274 (Porgite dextris : id est propinate mutuo).|| 45. cf. Fest. 244, 9.|| 46. Ex Schol. Aen. 6, 673 ?|| 47. cf. PRI 10-11.|| 54. an P. est potest ? cf. ad 58.|| 56. cf. 10. cf. aut A marg. aut Abol. (Potiebatur : fruebatur).|| 58. potior es *interp. B.* cf. 54 (Potis es). cf. Schol. Aen. 3, 671 (Potis autem nomen est.. et nomen esse docet ratio conparationis ; nam in superlativo potissimus facit). cf. aut A marg. aut Abol. (Potius : melins).

PRO 2. opt. vel ius. *om. B.* cf. 61.|| 5. *om. A.* cf. 18 ?|| 6. Procanus *AB* : –ceris *C.* cf. ad 12.|| 8. cf. 64.|| 9. cf. Frank, Riv. Filol. 53, 105.|| 12. cf. 6. cf. Schol. Aen. 1, 740 (Proceres autem secundum Varronem principes civitatis dicuntur quia eminent in ea, sicut in aedificiis mutuli quidam, hoc est capita trabium, quae proceres nominantur). cf. Lindsay, Corpus Glossary, p. 207.|| 13. cf. Schol. Aen. 1, 85 (Procella est vis venti cum pluvia).|| 14. cf. PO 48.

crastinat : differt. 15. Procinctum : apparatum. (=IN 184) 16-7. Procacitas : inpudentia. –cos : nuptiarum petitores. 18. Procul o procul : longe, longius. (Aen. 6, 258) 19. Prodigus : perditus in feminis, aut eversor, aut persona turpis. 20. Prodigium : monstrum. 21. –giis : signis. 22-3. Prodidit : decepit vel supplantavit. –ditor : supplantator, traditor vel deceptor. 24. Productio : eductio, disciplina. 25. Profligatio : adflictio. 26. –gare : celerius consummare aut perficere vel coadunare. 27. –gavit : erogavit. 28. Profugus : porro fugatus vel fugitivus. 29-30. Profanus : qui sacrum <profanat, id est> polluit, vel inmundus. –fanat : polluit. 31. Profanum : inlicitum. (Genes. 43, 32 ?) 32. Profundum : altum vel demersum. 33. Profatur : loquitur. 34. Profitetur : spondet. 35. Progenitores : avi vel proavi. 36. Progreditur : procedit. (Verg.) 37. Prohibe : remove. (Aen. 1, 525) 38. Proinde : pro ea re. 39. Prolati (prae–) : nobiles. 40. Prolata : donata. 41. Proluvies : squalor vel sordes. 42. Prolatanda : differenda vel dilatanda. 43. Proles : filius vel filia. 44. –lem : stirpem. 45. Prologus : sequentis operis praefatio. 46. Promptuarium : cellarium. (Itala Gen. 43, 30 ?) 47. –tuaria : cubicula inferiora vel thesaurum. (Itala Deut. 32, 34 ?) 48. Promunturia : rupes <prominentes, id est rupes montium super alios eminentes>. 49. Promurale : murum ante murum. 50. Promulgat : profert, promit. (=55 ?) 51. Prominentes : rupes montium super alios eminentes. (=48) 52-4. Promit : ostendit. –mit : germinat. –munt : proferunt. 55. Promulgata : prolata, deprompta. 56. Promeretur : impetrat. 57. Promoveor : honore donor. (=101) 58. Promite : proferte vel expedite. (Aen. 5, 191) 59. Pro nefas : scelus, contra fas. 60. Pronum : praeceps. 61. Pronus (–bus) : bonus. (=2) 62. Proni : praecipites vel inclines. 63. Pronepos : nepos nepotis. 64. Pronuba : quae nuptiarum auxilium dat. (Aen. 4, 166 ; 7, 319). 65. Propago : origo. 66. Propola : vendenda proponens. 67-8. Propalat : manifestat, <denuntiat> vel divulgat. –latum : omnibus notum factum. 69. Propago : posteritas. 70. Properat : festinat. 71. –re : velociter vel festinato. 72. –rum : festinum. 73. Propediem : alia die. 74. Propitiatur : placatur. 75-7. Pro pudor : confusio. Propudiosum : pudendum. –diose : turpiter. 78. Propter : iuxta. 79. Problema : parabola. (Iudic. 14, 12) 80. Prorogatum : prolongatum. 81. Proruere : expellere. 82. Prorumpit : floruit (proruit). 83. Prorogat : extendit aut prolongat. 84. Prorsus : plane, [etiam aut] proculdubio. 85. Prosequitur : deducit aut causam exponit. 86. Prostibula[ta] : meretrix quae prostat. 87. Prospec-

---

16-7. cf. Schol. Aen. 1, 536 (Procax proprie petax est ; nam procare est petere, unde et proci petitores dicuntur. (Isid. Et. 10, 214 petitores nuptiarum.. procacibus : inpudentibus).|| 18. o pr. *om. A.*|| 19. cf. NE 27 (Nepos : prodigus, eversor) ?|| 20. cf. OS 5 (Ostentum : monstrum).|| 28. cf. Schol. Aen. 1, 2 (Profugus : quasi porro fugatus).|| 29. prof. ex 30 inserui.|| 32. inmers. *B.*|| 35. cf. Isid. Et. 9, 5, 28 (Proavi, atavi, qui et progenitores appellantur quasi porro generantes).|| 36. Vergilio ascribit Ansil.|| 37. –bet –bet *B.*|| 41. cf. ad AD 39.|| 45. cf. EP 8 ?|| 48. prom. etc. ex 51 inserui.|| 49. cf. Isid. Et. 15, 2, 21 (Promurale vero eo quod sit pro munitione muri ; est enim murus proximus ante murum).|| 55. cf. 50.|| 57. vix Provehor (cf. 99).|| 60. cf. 62.|| 63. cf. ad AB 15.|| 64. cf. 8. (Pronubante). cf. ad UN 4 ? || 65. cf. 69.|| 67. den. e DE 63 (Denundinat) inserui.|| 69. cf. 65.|| 72. cf. Schol. Aen. 12, 85 (Properi : festini ; et erit nominativus hic properus) ?|| 73. cf. PRI 10-11 ?|| 74. –tor –tor *B.*|| 80. Porrogatum *A.* an Pror. : porro rogatum, prol. (cf. 28) ? cf. 83.|| 82. vix Prorupit : floruit.|| 83. expendit *AB.* cf. ad AB 5.|| 86. –bula *C.* cf. Fest. 252, 14 (Prosedas meretrices Plautus appellat quae ante stabula sedeant ; eaedem et prostibula).

tat : desuper aspicit. (=89) 88. Prodigium : <portentum>, novum aliquid pro signo natum vel factum. 89. Prospicit : <prospectat.> desuper aspicit aut ante providet. 90. Prosapia : genus vel progenies. 91. Protervus : pessimus vel perversus aut temerarius. 92. Protexere (prae-) : cooperire. 93. Protinus : inprimis vel celerius. 94. Proterit : pedibus terit. 95. Pro vi<ri> li portione : quisque pro se. 96. Proventus : eventus bonus. 97. Proverbium : similitudo aut parabola vel conparatio. 98. Provulgavit : inpressit. (?) 99. Provexit : promovit. 100. Provectus : auctus, cumulatus. 101. Provehor : <promoveor>, honore donor.

PRI, PRU

Princeps : prior. 2. Primivirgius : caballarius : quod prima est militia eius in virgis. (?) 3. Primores : primarii vel electi. 4. Primipilares : numerus est militiae primo probatus. 5. Pristis : navis. (Aen. 5, 116) 6. Privilegium : propria praesumptio vel privata lex. 7. Prisca : antiqua. 8. Primordium : initium. 9. Pristinum : priorem. 10. Pridem : ante [aut olim]. 11: Pridie : ante diem. 12. Primordiali die : primo saeculi die. 13. Privatim : proprie. 14. Privignus : ante natus. 15-6. Prunus : arbor. -num et -na : poma.

PR<A>E

Praestolatur : observat aut expectat. -lare : expectare [aut speculare]. 3. Praefatus : ante locutus. 4. Praedicit : qui futura nuntiat. 5. Praefectus : praepositus. 6. Praecipuus : primus vel nobilis. 7. Praeceps : passibus, vel temerarius. (Aen. 3, 598 ?) 8. Praesagat : divinat aut futura adnuntiat. 9. Praerogans : ante inpendens. 10. Praecordia : interiores partes. 11. Prevignus (pri-) : ante natus. (=PRI 14) 12. Praespectans (per- ?) : intuens. 13. Praesertim : praeterea vel maxime. 14 . Praecalidum : plus quam calidum. 15. Praetendit : obponit vel plectit aut ponit. 16. Praevius : praecedens. 17. Praedictus : supra dictus vel ante dictus. 18-9. Praecellit : excelsior cunctis est. -sidet : quod supra. 20. Praetervolo : velociter praetereo. 21. Praestantior : significantior. 22. Praesidium : perfugium vel auxilium. 23-4. Praesules iudices ; ab eo quod praesunt iudicio. -sul : iudex. (=23) 25. Pretio : poena. 26. Praestigiae : doli, insidiae. 27. Praenimio : valido aut multo. 28. Praetores : honoris secundi sunt <a> consulibus.

---

88. Prosignum nat. vel fact. *AB*. plenam gl. hab. A marg. et s. v. Prodigium et s. v. Portentum, necnon Prodigium : novum aliquid aut portentum.|| 89. cf. 87. cf. RE 76-7.|| 91. post 92 *A*.|| 95. cf. Schol. Aen. 12, 552 (Pro se quisque : pro qualitate virium suarum) ?|| 101 prom. ex 57 inserui.

PRI 2. vix clavarius. cf. Landgraf Arch. lat. Lexikogr. 9, 409.|| 5. cf. ad PI 21.|| 8. cf. 12. ||10. aut ol. *om. B*.|| 11. cf. PO 47 ? PRO 73 ?|| 12. cf. 8.|| 14. cf. Fest. 252, 24 (Privignus dictus quod antequam mater secundo nuberet est progenitus ; pri enim antiqui pro prae dixerunt) ; Isid. Et. 9. 6, 21 (Privignus dici putatur quasi privigenus, quia prius natus ; unde et vulgo ante natus).

PRAE 1. cf. OP 12 (Opperitur : expectat aut observat).|| 2. aut spec. *om. B*. Praestolare est opperire *Ansil.*|| 4. cf. ED 3 (Edicit) ?|| 8. cf. 4 ?|| 9. cf. 35.|| 14. quam *om. AB* : *hab. A marg.*|| 18. est *om. AB*.|| 18-9. cf. 75 ?|| 20. cf. 57 ?|| 22. cf. PER 86 (Perfugium : auxilium, etc.) ?|| 23. cf. 75 (Praesules : iudices praesidentes).|| 25. cf. Schol. Aen. 12, 352 (Pretio : modo poenam significat).|| 27. an valde multo (cf. Charis. p. 235, 12, qui citat Aen. 10, 748 « praedurum ») ?|| 28. hon. *om. AB*. cf. DI 26 (Dictatura : honor est super consulatum). cf. 31.

29-30. Praeconio : laude. –nium : praedicatio alicuius rei. 31. Praetor : qui civilibus praeest negotiis. 32. Praes : ab eo quod est praedes, id est fideiussores. 33. Praestruxit : praeordinavit. 34. Praefecit : praeposuit. 35. Praerogativa : beneficium ante oblatum ; quod si reddideris iam non est praerogativa. 36. Praeiudicatus : ante iudicatus. 37-8. Praeterfluit : iuxta fluit. –meat : quod supra. 39-40. Praeproperum : ante factum quod erat postea faciendum. –re : inordinate, perverse [vel festine]. 41. Praeterfluit : praeterit. 42. Praescriptum : praestitutum. 43. Praeopimus : praepinguis vel copiosus. 44. Praerogativa : excellentia meritorum. 45. Praestigiis : fantasiis vel circumventionibus. (*Unde* ?) 46. Premit : prohibet aut refrenat. 47. Praevertit : qui cursu velociori ambulat. (Verg. ?) 48. Praeruptis : excissae rupis extrema. (Geo. 2, 156 ?) 49. Pressant : premunt vel exprimunt. 50-2. Praepes : praecursor vel velox. –peti : velocissimo vel celeriori. –cursor : praecedens. 53. Praestantior : sublimior vel praeclarior. 54. Praedulce : nimium dulce. (Aen. 11, 155) 55. Praepollit (–et) : supereminet vel supersplendet. 56. Praecelsum : perquam excelsum. 57. Praeterbolare (–terlabere) : praeter vade. (Aen. 3, 478) 58. Praecipue : plus quam optime vel maxime aut eximie. 59. Praepositus : subiectorum famulorum ordinator vel rector. 60-1. Praelatus : antepositus. –to : ampliori. (Aen. 5, 541 ?) 62-3. Praesagium : indicium futurorum vel sign[or]um. –gus : praescius futurorum. 64. Prae foribus : ante ostium. 65. Praefa[ri]tur : praeloquitur. 66. Praestrinxerim (–strux–) : praemunierim. (*Unde* ?) 67. Praedonaverat : sibi addixerat aut sibi iudicaverat. (*Unde* ?) 68. Praepollens : plus quam magnus. 69. Praecoqua : celere maturans vel temporanea. (Numer. 13, 21, etc. ?) 70. Praepedientem : inpedientem. 71. Praesentiscat (per–) : ex toto sentiat. 72. Praedem : fideiussorem. 73. Praestigiarentur : ludificarentur. (*Unde* ?) 74. Praecinat : canat vel cantet. 75. Praesules : iudices praesidentes. 76. Praeiudicium : causae inpedimentum. 77. Praeproperum : <praecipitantem> ante tempus festinantem. 78. Praecipitantem : festinantem. (=77)

PU

Pubertas : adultior aetas. 2. –bescit : ad nuptialem transit aetatem. 3. –bescere : iuvenescere vel crescere. 4. –bentes : crescentes vel florentes. (Aen. 4, 514 ?) 5. –berat : crescit. 6. Pube tenus : prope genitalia, circa pudenda. (Aen. 3, 427) 7-9. Puerperium : primus partus. P. : infans in utero formatus. –pera : primi

---

31. cf. QUAE 17 (Quaestor : consiliarius qui pecuniam publicam praerogat) ?|| 32. cf. 72. (Praedem : fideiussorem).|| 35. cf. 9.|| 36. –tis a. –tis *B.*|| 37. Praeterluit *AB.* cf. 41.|| 39. cf. Abba (Praepostera : perversa in posterum quod ante debuit) ?|| 40. vel fest. *om. B.* cf. 77.|| 41. cf. 37.|| 42. praestitutio *B.* Praescriptio *C.*|| 43. cf. Isid. Et. 10, 208 (Praeopimus : prae ceteris opibus copiosus).|| 51. celerior *AB.*|| 52. post 47 *A.* Vergilio ascribit Ansil.|| 53. cf. aut A marg. aut Abol. (Caelestior : praestantior).|| 56. cf. Abol. (Praecelsa : perquam excelsa).|| 59. cf. Isid. Et. 10, 205 (Praepositus appellatus eo quod sit subiectorum ac famulantium ordinator vel rector). cf. 60-1 ?|| 60. ante 59 *A.*|| 62-3. cf. SA 6-8 ? cf. Schol. Aen. 10, 177 (Praesagi fulminis : praesagi futura denuntiantis.. alii non ipsum fulmen praesagum accipiunt, sed eos praesagos qui inde futura praedicunt) ?|| 64. an < Foribus :> prae f. etc. (Aen. 1, 505) ?|| 65. Praefabitur *B.*|| 67. iuraverat *A.* vix cf. 61.|| 71. Pers. *A marg.* cf. PE 105.|| 72. cf. 32.|| 74. an Rec. ?|| 75. cf. 23.|| 76. cf. aut A marg. aut Abol. (Praeiudicavit : argumentum opposuit) ?|| 77. praecip. e 78 inserui. cf. 40.

PU 6. cir. pud. *om. B.*|| 7-10. cf. Schol. Aen. 3, 339 (Puer : filius ; quia Graeci παῖδας

partus puella. 10. Puer : filius Graece. 11. Pugillares : tabulae. 12-4. Pulvinaria : caerimonia vel religiones. –nar : templum. –nus : lectus. 15. Pullati : nigri, qui in luctu vestibus nigris utuntur. 16. Purgat : innocentem probat. 17-8. Purulentum : putridum. Pus : corruptus humor vel sanies. 19. Pugilem : percussorem. 20. Puerperium : aetas puerilis.

QUA

Qualitas : quale sit. 2. Quamobrem : propter quam rem, <qua de re>. 3. Qua de re : quod supra. (=2) 4. Quamquam : quamvis. 5. Quampridem : iam (quam ?) olim. 6. Quaquaversum : qualibet ex parte. 7. Quantocius : celerius vel citius. 8. Quandoque : quandocumque. 9. Quantitas : quantum sit. 10. Quapropter : quid ergo. 11. Quassum : quomodo. 12. Quassatis : conlisis vel vexatis. 13. Quasdam : aliquas. 14. Quatenus : qua ratione vel qua liter aut pro eo quod aut quousque. 15. Quatitur : concutitur. 16. Quantocuique (quoto–) : cuicumque de numero. 17. Quatit : concutit.

QU(A)E

Queo : possum. –eamus : possimus. 3-4. Quemdam : aliquem. –quam : aliquem. 5-6. Quemque : *quemcumque*. –piam : quemcumque. 7. Quemnam : interrogatio de persona feminae. 8. Quaerentem : interrogantem. (Aen. 2, 287 ?) 9. Querimoniae : querellae graves. 10. Queror : iniurias meas indico. 11. Querella : questibus (–tus ?) vel clamor. 12. Quaerenti : interroganti. (Aen. 1, 370 ?) 13. Quaestus : lucra vel querella. 14. Quaeso : rogo. 15. Quae sententia : quod consilium. (Aen. 5, 748) 16. Queunt : possunt. 17. Quaestor : consiliarius qui pecuniam publicam praerogat. 18. Quaestio : examinatio. 19. Quaestuarius : qui quaestu corporis vivit.

QUI

Quibusque : quibuscumque. 2. Quisque : quisquis, quicumque. 3. Quidni : hoc magis, hoc potius. 4. Quiddam : aliquid. 5. Quidve : vel quid. 6. Quid nisi : porro, quid deinde. 7. Quid differt : quid interest vel quid obest (ab– ?). 8. Quigneum (cyg–) : album. (Verg. Catal. 9, 27) 9-10. Quinni : quid non. (=10) Q. : quod (quid) non aut quare non. 11. Quin etiam ; quin

---

etiam filios dicunt) ; 4, 94 ; Donat. Andr. 400 (an puerum pro quolibet sexu, ut Graeci παῖδας ?) ; 490. (Puerpera : πρωτοτόκος, et non quod puerum sed quod filium (?) puerpera dicta ; et apud veteres puer puellus, puera puella) ; Isid. Et. 11, 2, 14 (Puerperae sunt quae annis puerilibus pariant.. et dictae puerperae vel quod primo partu gravantur vel quod primum pueros pariunt) ; Hieron. Ierem. 4, 31 (Puerpera.. quae primos pariat fetus). cf. 20.|| 12-4. cf. PO 18. cf. Schol. Geo. 3, 533 (Pulvinaria pro templis ponimus, cum sint proprie lectuli qui sterni in templis plerisque consuerunt) ?|| 15. an < Pulli :> ni. Pullati : qui etc. ? cf. Schol. Bern. Geo. 3, 389 (Pullis : nigris ; unde dicimus pullas vestes, id est nigras). cf. TO 1 (Toga pulla).|| 19. *om. A.*|| 20. cf. 7-9.

QUA 1. cf. 9.|| 2. cf. 3.|| 3. an <Quare :> qua etc. ?|| 9. cf. 1.|| 12. An Quassatam <ventis> conlisam vel vexatam (Aen. 1, 551) ? An e scriptore nescioquo in Schol. ad Aen. 1, 551 (vel 4, 53 etc.) laudato ?|| 14. cf. EA 1.|| 16. Quoto- *C.*|| 17. cf. 15.

QU(A)E 1. cf. 16 ; QUI 24.|| 3-7. cf. ad CU 7-13.|| 7. cf. TA 14.|| 9. Similem gl. (Querimoniam : querellam gravem) Canonibus ascribit Leid.|| 10. vel querellam depono *add. A.*|| 11. questus *C* (cf. 13)|| 15. quo consilio *AB*. Vergilio ascribit Leid.|| 17. cf. PRAE 31. cf. SU 62 ʾ

QUI 7. Q. refert *A marg.*|| 8. Vergilio ascribit Ansil. cf. AL 49.|| 9. cf. ad QUO 2.|| 11 vel Quin : etiam ; quin aliq. etc. An <Quin :> quinetiam ; quin aliq. etc. (Aen. 1, 279) ? cf.

aliquando significat etiam, ergo, quod, quia, immo aut vero. 12. Cynici : philosophi sunt a canibus vitam ducentes ; pilos (cynos) enim Graece canis tiitur. 13. Quintilis : nomen mensis Iulii. 14. Quippe: maxime aut certe. 15. Quippiam: modicum. 16-7. Quirites : populi (–lus ?) Romani (–nus ?). –tium : Romanorum. 18. Quiritat : quaerit. (?) 19. [Quique : quicumque.] 20. Quis : quibus. 20ᵃ. Quisquis : quicumque. 21. Quis : quantus, quam magnus. (Aen. 9, 36, etc.) 22. Quisquam : aliquis. 23. Quisquilias : purgamenta, sive tegumenta de summitatibus corticibusque pomorum. (Amos 8, 6 ?) 24. Quivi : potui.

QUO, QUU

Quocirca : pro qua re vel ideo. 2. Quod ni : quod nisi. 3. Quodam modo : quadam ratione. 4. Quominus : aliter. 5. Quondam : aliquando. 6. Quorsum : in quam partem [sive tegumenta]. 7. Quorsus : quousque. 8. Quurulis (cur–) sella : in qua purpurati sedent. 9. Quur (cur) : quare.

RA

Racemus : modicus ramusculus cum uvis. 2. [Radiat : micat vel inluminat.] 3. Ramentum : pulvis qui raditur de aliqua specie. 4. –ta : aeramenta. 5. Rapt<at>us: diu tractus. 6. Rapidus : velox. 7. Rancet : rancidum est. 8. [Ramnus : spinarum genus.] (Psal. 56, 10) 9. Rapax : praedo. 10. Rarescunt : pauci fiunt, patefiunt. (Aen. 3, 411 –ent) 11. [Rarimantes (rimantes) : <quae>ritantes.] 12. Rastri : ligones. 13-4. Rati : arbitrati. –tus : arbitratus. 15-6. Ratum : acceptum. (=16) –tum habuit : acceptum habuit. 17. –ti sunt :arbitrati sunt vel aestimaverunt.

RE

Rectum : firmum. 2. Receptaculum : habitaculum. 3. Recens :nuper, ipso tempore. 4. Recenset : numerat aut religit vel recognoscit. 5. Recludit : aperit. 6. Reciprocum : invicem redditum aut receptum. 7-8. Reciperandi, recuperandi. –das, recuperandas. (!) 9. Recinunt : cantant vel cantanti respondent. 10.

Ansil. (Quin potius : quin modo cur non ; alias immo, ut « quin age siquid habes », ; alias ideo, ut « quin protinus omnia perlegerent oculis ») , ex schol. Ecl. 2, 71 (« quin tu aliquid saltem potius »).|| 12. Pinici *A*. cf. Isid. Etym. 8, 6, 14.|| 13. Ex Schol. Ecl. 4, 12 ? quia quintus est a Martio qui est caput anni aput Hebraeos *add. Ansil.*|| 18. cf. aut A marg. aut Abol. (Quaeritat : quaerit). Vix Quir. queritur.|| 19. *om. B.* cf. 1-2.|| 21. cf. Schol. l. c. (Quis : id est quantus). Vergilio ascribit Ansil.|| 23. prug. corticibus pom. *interp. AB.* (sed cf. QUO 6). cf. Hieron Matth. 13, 45-6.|| 24. cf. ad QUE 1.

QUO 2. an Quidni ? cf. aut A marg. aut Abol. (Quidni : quid nisi). cf. QUI 9.|| 6. cf. QUI 23. Noli igitur emendare <Corium :> teg. Error archetypi est etiam in Aff.

RA 2. *om. B.* Estne glossarii Abol. ?|| 4. Vide ne fuerit correctio ad AE 20 (Aere : aeramentum) adscripta. cf. aut A marg. aut Abol. (Rafimenta : interamenta).|| 5. cf. Schol. Aen. 2, 272 (Raptatus : id est tractus) ?|| 8. *om. B.* Estne glossarii Abol. ? cf. Euch. Inst. p. 146, 21 (Ramnus in Psalterio non rubus est sed spinarum genus sentibus permolestum).|| 10. patef. *om. AB.*|| 11. *om. B.* Estne glossarii Abol. ? Rarimantes rimantes (sine interp.), i. e. scriptura prava et emendata *Ansil.* (recte ?) : Rari nantes natantes *Nettleship*. (Aen. 1, 118)|| 12. cf. aut A marg. aut Abol. (Rastro : ligone).|| 15. cf. aut A marg. aut Abol. (Rata : acceptabilia).

RE 1. cf. RA 15 ?

Recussum : repercussum. 11. Recursat : percurrit. 12. Recusso : concusso. 13. Recuperavit : recepit vel reparavit. 14. Recidiva : ex ruinis renascentia. (Aen. 4, 344) 15. Recursat : denuo tractat aut recurrit. 16. Redarguit : convincit aut de reatu arguit. 17. Redamat : amantem mutuo diligit. 18. Redhibet : inpensam sibi gratiam reddit. 19-20. Redimitus : coronatus. –miri : coronari. 21. –miculum : ornamentum. 22. Redinsertavit : denuo inseruit. 23. Redolet : odores spargit. 24. Reditus : reversio aut praestatio. 25. Reduces : salvos vel incolumes reversos. (Aen. 1, 390, etc.) 26. Redundant : exuberant. 27-8. Redivivus : qui redit ad quod fuit. –va : denuo vitae reddita vel renascentia. 29. Redigitur : revocatur. 30. Rediviva : renascentia. (=28) 31. Refectus : relevatus. 32. Refercit : replet aut constipat. 33. Refellit : dissolvit aut redarguit. 34-5. Referserunt : repleverunt. –fertum : repletum. 36. Refocillavit : refecit aut humanitate fovit. (Iudic. 15, 19 ?) 37. Reformans : restituens. 38. Refindit : rescindit aut diminutat. 39. Referes : renuntiabis. (Aen. 2, 547) 40. Refert : interest. 41. Refragatur : dissentit [aut demutat]. 42. Refutat : reprobat. 43. Regnum : imperium. 44. Regressus : reversus. 45. Relictus : dimissus. 46. Relabitur : recurrit, revertitur. 47. Relegat : exilio dat. 48. [Relativum : dum unus nominatur, alius demonstratur.] 49-50. Reminiscitur : recordatur. –cor : recordor. 51. Remulcens : replacans. (Aen. 11, 812 ?) 52. Remur : arbitramur. 53. Renidit (–et) : splendit (–et). (=55) 54. Rennuit : recusavit. 55. Renidet : splendet aut olet. 56. Reor : arbitror aut aestimo. (=UT 5 ?) 57. Reboare : resonare. 58. Repetit : recognoscit aut reposcit. 59. Repedat : revertitur aut redit. (2 Mac. 3, 35 ?) 60. Rependens : conpensans. (Aen. 1, 239 ?) 61. Repagula : inpedimentum aditus <vel> introitus, vel retinacula. 62. Repensat : vicem reddit. 63. Repetens : replicans, retexens. (Aen. 1, 372 ?) 64. Replicat : revolvit. 65-6. Repentinum : subitaneum. –nte : subito vel statim. 67. Repens : natans. 68-9. Repertorem : inventorem. –tor : inventor aut auctor. 70. Repperit : invenit. 71. Reposcit : repetit. (=58 ?) 72. Rependens : retribuens. 73-4. Reris : arbitraris. –ri : aestimare. 75. Resipiscit : amissam recipit sapientiam. (? 2 Tim. 2, 26 –ant) 76-7. Respicit : retro aspicit. –spectat : respicit vel expectat. 78-9. Resipi<sci>t : intellegit vel iterum sapit. –pi[sc]it : intellexit. 80. Resides : otiosi vel pigri. 81. Resultat : reluctatur vel contradicit. 82. Reserat : patefacit. 83. Restantia : remanentia vel residua. 84. Reticulata : cancellata. 85. Retentat : retinet. 86. Retibet (redhi–) : reddit. (= 18?) 87. Retorridus : igneus vel horridus (to– ?). 88. Retexit : aperit (–ruit ?). 89. Retractat : recogitat vel discutit. 90-2. Revehit : reportat. –vectat : reportat. –vexit : reportavit. 93. Reviso : repeto vel reco-

---

11. cf. 15 (recurrit). || 12. cf. 10. || 14. cf. 27-8. || 15. cf. 11. || 16. cf. 33 ? || 18. cf. 80. || 23. *A marg.* : Rediredolet dolores sp. *AB.* || 24. i. e. Reditus. Redditus ? An praesentatio (cf. Ansil. Reddita : praesentata) ? || 27-8. cf. 14 ; 30. || 32. cf. 34-5. || 33. cf. 16. || 38. aut dim. *om. B.* cf. 41. || 41. cf. ad 38. || 41-2. una glossa ? || 47. cf. ad AL 13 ? || 48. *om. B.* Estne glossarii Abol. ? || 56. cf. 52 ; 73-4. cf. 52. || 58. cf. 71. || 60. Vergilio ascribit Ansil. cf. Schol. l. c. (Rependens : conpensans). cf. 72 ; 62. || 63. Replicans repetens vel retexens *A marg.* || 72. cf. 60. || 73-4. cf. 56. || 75. Similem glossam (hinc sumptam) Canonibus ascribit Leid. (Resipiscant : am. recipiant sap.). cf. 78-9. || 76-7. cf. PRO 87 ; 89. || 80. cf. Schol. Aen. 1, 722 (Resides sane milites otiosi et pigri dicuntur). || 81. reluctat *AB.* cf. Abba (Resiliunt : reluctant). || 87. Ret. ign., satis <t>orridus *Corp.* Ret. ign. vel [non] valde currens (torr–) *Abav.* || 87. Ex Schol. Aen. 12, 35 ? || 92. *A marg.*

gnosco. 94. –sam : repetam vel revidebo. 95. –sit : visitat aut requirit. 96. Revinxit : post tergum ligavit. 97. –nctum : conligatum. 98. Rebiam (–bar) : putabam.

RI

Rictus : extensio oris. 2. Riget : friget an (aut ?) infrigidat. 3. –gentem : splendentem. (Aen. 1, 648) 4. Rhinoceros : animal est in Nilo flumine. (Bibl. ?) 5. Ringitur : irascitur aut indignatur. 6. Rimatur : quaerit. 7. –maris : scrutaris. 8. –mas : fissuras. 9. Rite : studiose vel firmiter. 10. Ritu[m] : more aut consuetudine ; a moribus tractum. (?) 11. Rivales : duo qui unam habent uxorem.

RO

Rogus : lignorum strues ardens. 2-3. Robur : fortitudo. –bustus : fortis aut validus. 4. Rogatu meo : me rogante. 5. Rogitans : saepe interrogans. (Aen. 1, 750 ?) 6. Roganti : interroganti. (Aen. 2, 149 ?) 7. Romulea : Romana. 8. Rhomphea : gladius. (=FA 68 ?) 9. Rostra : prima pars navis. 10. Rosea : purpurea aut pulchra. (Aen. 1, 402 ?)

RU

Rubrum : rubicundum. 2. Rufatus sanguine : cruentatus. (*Unde* ?) 3. Rufata (romphaea) : gladii (–dius). (=RO 8) 4. Rumigerulus : timoris opinionem portans. 5. Rupa (romphaea) : ex utraque parte acuta. 6. Rursum : iterum. 7. Ruribus : terris. 8. Rura : agri vel villa. 9. Rusticus : rus colens. 10. Rus eamus : ad villam eamus. 11-3. Rutilat : rubro fulgore emicat. –lantior : splendidior. –lantius : splendidius. (Verg.) 14. Ruunt : procidunt aut cadunt.

SA

Saviatur : osculatur. 2. Sacer : consecratus. 3. Sacrata sede : religioso loco. (Aen. 1, 681) 4. Sacratius : sollemnius aut devotius. 5. Sacella : loca sacra. 6-8. Sagax : cautus vel vigilans. –gacior : cautior sensu. –gacius : cautius. 9. Saltem : vel nunc vel aliquando vel certe. (Ecl. 2, 71 ?) 10-11. Salum : mare. (Aen. 1, 537 ; 2, 209). –lo mersis : profundo summersis. 12-3. Salsus : sapiens aut ordinatus aut temperatus. Sale conditus : quod supra ; in Apostolo (Coloss. 4, 6) « ut sermo tuus sit semper in gratia, <sale> conditus ». 14. Sales : urbanitas. 15-6. Salebrosus : asper. –bra<e> : loca lutosa. 17. Saltus : silva vel mons. 18. Saliuncula : salices ;

97, –to –to *A*.||

RI 2. cf. aut A marg. aut Abol. (Rigor rigiditas est vel stupor <f>rigoris).|| 4. seq. in *B* RIG (scil. ad finem verborum a RIG –incipientium pertinens).|| 5. cf. 1 ? cf. Ter. Phorm. 341. seq. in *B* RIN (cf. ad 4).|| 6. cf. Schol. Bern. Geo. 1, 384 (Rimantur:quaerunt)?||8. seq. in *B* RIM (cf. ad 4)|| 10. Ritum morem consuetudinem etc. *Ansil.* seq. in *B* RIT (cf. ad 4).|| 11. duo viri qui *Ansil.*

RO 1. cf. Schol. Aen. 11, 185 (Pyra est lignorum congeries ; rogus cum iam ardere coeperit dicitur). cf. ad PI 16. cf. ST 41 (Strues : congregatio lignorum) ?|| 5. saepe *om AB*.

RU 2. vel Ruf. : sa. cru. (ex 3 concocta ?)|| 3. cf. 5.|| 4. cf. Ansil. (Famigerulus :famam nuntians, sic enim dicimus et rumigerulus). cf. CI 16 ?|| 5. cavata *AB*. cf. ad FA 68.|| 9. cf. TRA 2.|| 14. aut ca. *om. B*.

SA 5. cf. Schol. Ecl. 3, 9 (Sacello : id est in loco sacro).|| 6-8. cf. PRAE 62-3.|| 7. Ov. Met. 11, 599 ?|| 9. vel ce. *om.B.*|| 12. ornatus *B*.|| 13. in Ap. etc. *om. AB* ; *hab. Ansil.* (s v. Sale cond, una cum interp. 12 ; gl. 12 quoque suo loco hab Ansil.).|| 16. cultosa *AB*.|| 18. cf. Schol. Geo. 2, 110 (Salicti : virgulti species ; eo quod salit et surgit cito) ; et simili ex

ab eo quod velociter crescunt. 19. Salpicta : tubicinator. (Itala ?) 20. Sancit : statuit aut sanctum facit aut condit aut dicit. 21. –nxit : iussit vel definivit. 22-4. Sambucus : saltator. –cistria : qui (quae) in cithara rustica canit. –cinarius : ipse qui dicit. (Dan. 3, 5, etc. ?) 25. Sapa : <va>ppa ; quasi dulcacidum vinum. 26-7. Sario : circumfodio. –ri<ri> : sarculo laxari. (? Isai. 7, 25 ; 28, 24) 28. Sarga : non idoneus cuiuslibet artis. 29-31. Sat est : sufficit aut satis est. Satius : melius. Sat : sufficit. 32. Satagit : deliberat vel cogitat. (Bibl. ?) 33. Satis : consequens. 34. Sata : messis. (Verg. ?) 35. –tor : arator. 36. S<t>atera : iugum. (Bibl. ?) 37. Satellites : ministri malorum fautores ac socii. (Bibl. ?) 38. Satrapae : praefecti Persarum. (Bibl. ?) 39. Saetigeri : cilicio vestiti ioculares. 40. Sauciari : vulnerari.

SC

Sceptrum : virga regalis. 2. Scyphi : calices, fialae. 3. Scapus : summitas aut cacumen. 4. Scandit : ascendit. (=8 ?) 5. Scabrosus : asper. 6. Scyphum : calicem regium ; quod et pateram vocant. 7. Scabrones (crabro–) : vespae longiora crura habentes. 8. Scandunt : ascendunt. (Aen. 2, 401) 9. Scapha : navicula parva. 10. Scabrum : asperum, nodosum. 11. Scenopegia : casa vel tabernaculum. (Bibl.) 12-3. Scena : theatri locus aut ludus mimicus. –nici : ludo dediti. 14-5. Scaeva : sinistra. –vi : sinistri vel perversi. 16-7. Scatet : ebullit vel effervet. –tebra : aquarum emanantia ; id est ortus aquarum. (Geo. 1, 110 ?) 18. Scelera : flagitia vel crimina. 19. Scyllae : saxa latentia in mare. 20-1. Sciscitatur : interrogat[ur] aut consulit. –tare (–ri) : interrogare. 22. Scitissime : scientissime. 23. Schisma : dissensio. (Bibl.) 24. Scissum : ruptum. 25. Scindit : dividit. 26. Scite : erudite aut eleganter. 27-8. Scythia : provincia. –tha : civis exinde. 29. Scius : doctus. 30. Scipiones : virgae consulum [ornatae]. 31. Scriptitat : frequenter scribit. 32. Scurrula : publicus inpostor. 33. Sconna (scena) sponsus (suspensa) : <ubi scenici ludunt>. 34. Scoria : sordes metallorum. (Bibl.) 35 . Scordiscum : corium crudum. 36-7. Scortum : meretrix. –rtator : mere-

---

scholio Isid. Et. 17, 7, 47 (salix dicta quod celeriter saliat, hoc est velociter crescat). cf. Fest. 440, 5 (Salicem Verrius virgulti genus, non arboris, dicit et ridicule interpretatur dictam quod ea celeritate crescat ut salire videatur).|| 20.-1. Ex Schol. Aen. 12, 200 ?|| 21. vel def. *om. B.*|| 25. cf. Varr. ap. Non. 551, 20 (sapam appellabant quod de musto ad mediam partem decoxerat). cf. ad DE 35 ?|| 30. vel utilius *add. A.*|| 33. competens *Nettleship.* An (omisso lemmate) sa. co. interpretatio est ?|| 36 cf. SC 3 (Scapus : summitas aut cacumen) ?|| 37. cf. PA 37 ?|| 38. Francogallice « jongleurs. » cf. PE 17 (Pegaso : homo iocularis) ?

SC 1. cf. 30 ?|| 3. cf. SA 36 (Statera : iugum) ?|| 4. Aen. 2, 237 ?|| 6. quod etc. *om. AB.* cf. ad PA 67 (Patera : regium poculum). Ex Schol. Aen. 1, 730 ; 8, 278 ?|| 7. cf. CA 112 ?|| 8. Vergilio ascribit Ansil.|| 9. cf. ad LI 32-3.|| 11. immo Scenopegia ab eo quod est scena, i. e. ca. vel tab. cf. Euch. Instr. p. 154, 12 (Scenopegia : cum tabernacula a Iudaeis figuntur ob memoriam tabernaculorum, σκηνή enim Graece tabernaculum dicitur. Haec Iudaeorum solemnitas Septembri mense celebratur).|| 12-3. cf. 33.|| 14-5. cf. Schol. Aen. 3, 351 (Scaeva porta dicta est non a pugnis ante se factis scaevis, id est malis.. nec ab itinere ingressis scaevo, id est sinistro). Ex simili scholio Isid. Et. 10, 253 (Scaevus : sinister atque perversus, ἀπὸ τοῦ σκαιοῦ) ? cf. SE 45 (Scaevum : sinistrum aut malum).|| 19. cf. Schol. Aen. 3, 420 (Scyllam Sallustius saxum esse dicit). cf. ad SI 28 (Syrtes : scopuli eminentes supra dorsum maris).|| 22. cf. 26.|| 27-8. cf. PO 27-8.|| 30. orn. *om. AB.* cf. 1 ?|| 31. cf. ad FA 9.|| 32. cf. 41.|| 33. Scena suspensa vel ubi scenici ludunt *C.* cf. 12-3.|| 36. vel adulterium

tricium amator. 38-9. Scrupulum : sollicitudinem vel suspicationem.–losa: suspecta. 40. Scrupea : saxa aspera. (=ST 36 ?) 41. Scurra : quasi parasitus publicus qui non deserit cenas publicas. 42. Scriba librarius qui pertinet ad libros et chartas publicas. 43. Scrupulator (–tur ?) : sollicitator (–tur ?)

SE

Secus : aliter. 2. Secernit : separat. 3. Sector : usurpator. 4. Secutus : imitatus. 5. Sectatus : secutus. 6. Secundis : prosperis. 7. Secundarent : in bonum converterent. (Aen. 3, 36) 8. Secreti : electi. 9. Secordes : stulti <vel stolidi> vel fatui. 10. Sequester : susceptor pigneris. 11-3. Sedulus : obsequens, officiosus. –dulitas : blanda officiositas. –dulo curet : sollicite agat. 14. Sedare : placare. 15. Sed tum : sed tunc. 16. Segnis : neglegens, piger aut lentus. 17. –nities : tarditas torporis. 18. Semicinctium : quod dimidium cingat. (Act. Apost. 19, 12) 19. Segnibus : pigris. 20. Sensim : molliter vel leniter <aut paulatim>. 21. Senta : sordida. (Aen. 6, 462) 22. Sentes : spinae. 23. Senium : senectutem. 24. Sententia : decretum aut consilium. 25. Sensit : intellexit. 26. Sententiosus : integre iudicans. 27. Seorsum : separatim. 28-9. Saepit : munit. –psit : circumdedit. 30. Seponit : sequestrat. 31. Series : ordo vel tempus longum. 32-3. Serit : dicit aut seminat. –ruit : dixit aut seminavit. 34-5. Serpit : natat aut penetrat. S. : invalescit aut crescit. 36. Serenus : laetus aut placidus. 37. Sertum : coronam ex floribus factam. 38. Sererent : dicerent. (*Unde* ?) 39. Seria : modesta vel gravis. 40-2. Severus : veridicus. S. : instructus (strictus) vel inremissus. –veritas : integritas iudicii vel districtio aut rigor. 43-4. Saevitia : crudelitas, iracundia. –vit : furit vel fremit aut insanit. 45. S<ca>evum : sinistrum aut malum. 46. Selenites : lapis Persicus cuius candor cum luna crescere atque decrescere. (Aug. Civ. 21, 5)

SI

Sicarius : latro. –ca : gladius. 3. Sidus : stella. –dera : caeli luminaria. 5-7. Signanter : evidenter aut expresse. –nificantius : expressius. –nat : exprimit. 8. Signifer : auctor (du–?) vel qui signa fert. 9. Signum : indicium. 10. Silanus (–os ?) :

---

add. A. || 38-40. cf. 43. cf. Schol. Aen. 6, 238 (Scrupea : lapillosa ; nam scrupus proprie est lapillus brevis qui pressus sollicitudinem creat ; unde etiam scrupulus dictus est).|| 40. cf. CA 54 (Cautes : aspera [vel] saxa in mari) ? cf. Lindsay, Class. Quart. 17, 199.|| 41. cf. 32. cf. Plaut. Trin. 202 (urbani adsidui cives quos scurras vocant).

SE 1. cf. aut A marg. aut Abol. (Sequius : obliquius aut longe aliter. Sequius : secus).|| 6. vix cf. SP 8.|| 9. Socordes *A marg.* vel stol. *A marg.* : *om. AB.* cf. Fest. 374. 17.|| 10. cf. Schol. Aen. 11, 133 ?|| 17. vix corporis : an torpor (cf. Ansil. Segnities : tarditas, torpor, pigritia) ?|| 20. aut pau. ad 25 hab. *A.* : *om. B.*|| 26. cf. 42 ?|| 30 cf. aut Abol. aut A marg. (Segregat : sequestrat) ?|| 33. immo Seruit di., Sevit, sem.|| 38. cf. 32-3.|| 40. cf. TE 49 (Tetricus: obscurus aut severus) ?|| 42. cf. 26 ? vel dist. etc. *om. B.*|| 43. crud. *om. AB.*|| 45. cf. ad SC 14-5.|| 46. Aug. l. c. (In eadem Perside gigni etiam lapidem selenitem cuius interiorem candorem. cum luna crescere atque deficere). Ex eodem fonte Isid. Et. 16, 4, 6 (selenites, qui Latine lunaris interpetatur, eo quod interiorem eius candorem cum luna crescere atque deficere aiunt, gignitur in Persida). cf. ad AB 52.

SI 1. publicus *add. B.* cf. Abav. etc. (latro in media urbe).|| 2. acutissimus *add. A marg.*|| 1-2. Sicarius : latro qui gladio sica interimit hominem *Ansil.* (ex Act. Apost. 21, 38 ?). ||3. resplendens *add. A marg.*|| 4. vel Si. cae. : lu.|| 10. Silanos *Ansil.* tubus *Aff.* vix Silvanus : Incubus (cf. PA 80 Pan : Incubus). Ex Schol. Ecl. 6, 14 ?

tubos. 11-2. Simultates : lites vel dissensiones. –tas : dolus aut lis. 13. Simulacrum : imaginem aut similitudinem. 14-5. Singultum (–tim) : qui loquitur per gluttuos. –gillatim : per singulas vices. 16. Sine discrimine : sine periculo. 17. [Synonyma : cognominabilia.] 18. Sine cavillatione : sine argumento. 19. Syngrapha : cautio vel scriptio. 20. Sin : si non. 21. Sinistrum : adversum vel contrarium. 22. Sine mente : sine voluntate. 23. Sine : permitte. 24. –nunt : permittunt. 25. Siquidem : si tamen. 26. Siqua : si aliqua aut quaecumque. 27. Siquo minus : si aliter quam dico. 28. Syrtes : scopuli(!)eminentes supra dorsum maris. 29-31. Sistit : statuit aut exhibuit (–bet). –to : exhibeo aut statuo. –titur : statuitur. 32. Situm : senectutem. 33-4. Siti : positi. –tus : positus aut positio aut conpositiones. 35. Si non quiverit : si non potuerit. (Levit. 5, 11.)

SO

Sobrinus : qui de sorore nascitur. 2. Socius : amicus. 3. Sophisma : conmentum vel confictio aut figmentum, eo quod fingitur. 5-8. Sophia : sapientia. –phistica : argumentosa vel callida. –phistice : argute vel captiose. –phista : peritus. 9. Solamen : solacium vel consolationem. 10. –latur : consolatur. 11-2. Sollers : ingeniosus aut astutus vel cautus. –lertia : astutia vel vigilantia. 13. Sollemne : religiose. 14. –mnia : annua. 15. Solidum : firmum. 16. Solistitium : solis statio ; quia dicitur ipsa dies uno momento quasi sol<e stante> crescere. 17. Solum : terra. 18. Soles : dies. (Verg.) 19-20. Somnium : quod dormimus. <In>somnium : quod videmus. 21-2. Sons : nocens. –ntes : nocentes. 23-4. Sonoras : bene sonantes. Sonores (–ras) : sono graves. (Aen. 1, 53) 25-6. [Sonipes : equus pedibus sonans.] S. : equus ; velut cornipes. (Verg.) 27. Sopor : levis somnus. 28-30. Sopitum : sedatum vel repressum aut extinctum. –pit : extinguit, vel cooperit quod ardebat. –pitum : somno gravatum. 31. Sortitur : adipiscitur. 32. Sors : condicio vel eventus. 33. –rtes : fata. 34. <Con>-sortium : coniugium. 35.5[a]. Sorte electus : qui sorte eligitur. <Sortilegus : qui dat sortem.> 36. Sororius : sororis filius. 37. Sortilegus : qui dat sortem. (=35[a]) 38. Sorec : dilectam (–ta ?) ; sicut est in Esaia. (Iudic. 16, 4) 39. Sospes : incolumis vel sanus aut salvus.

---

17. *om. B.* Estne glossarii Abol. ?|| 22. cf. Schol. Aen. 5, 56 (Sine mente, sine numine divum : sine voluntate et sine auctoritate).|| 28. em. *om. AB.* cf. SC 19 (Scyllae : saxa latentia in mare). Ex Schol. Aen. 7, 302 («quid Syrtes aut Scylla mihi ») ?|| 32. vel vetustatem *add. A.* An Situ : senectute. (Aen. 7, 452) ?|| 32-4. cf. Schol. Aen. 3, 451 ?|| 35. *om. A.* : Siverit potuerit *B.*

SO 1 cf. 36.|| 4. non est ; in numerando peccavimus. || 5-8. cf. 3.|| 7. sophistice Eccli. 37, 23.|| 13. Sollemnem *A* (Aen. 8, 102 ?).|| 14. cf. ad AN 23-4.|| 15. fi. vel fortem *A* : validum, firmum *C.*|| 16. solis statio *om. AB.* dic. in ipso die *A.* cf. Philarg. Ecl. 7, 47 (Solstitium : quia circa horam sextam sol stat) ; Isid. Et. 5, 34, 1 (quasi solis statio, quod tunc sole stante crescant dies vel noctes).|| 18. Vergilio ascribit Ansil. cf. TRE 3 (Tres soles : tres dies).|| 19. Somnum *A.* cf. Schol. Aen. 5, 840 (Somnum : ipsum deum.. somnium : quod dormimus ; insomnium : quod videmus in somnis) ; Isid. Diff. 1, 542 (Somnus : quo dormimus ; somnium : quod dormientes videmus).|| 24. Sonoras *Ansil.* soni *A marg.* : somno *AB* : sono *Ansil.* vix Sonores soni graves (Aen. 9, 651).|| 25. *om. B.* Estne glossarii Abol. ?)|| 26. ve. co. *A marg.* : vel co. *Ansil.* : *om. A B.* cf. CO 139 (Cornipes : equus).|| 29. ardet *A.*|| 28-9. Aen. 8, 743.|| 30. Aen. 1, 680.|| 34. cf. Hieron. Mat. 19, 4.|| 36. cf. 1.|| 38. cf. Hieron. nom. Hebr. (et in Iudic. et in Isai.) S. electa, optima. Isai. 5, 2 (ἐφύτευσα ἄμπελον σωρήκ. LXX, plantavit eam electam Vulg.)

SP

Spatiatur : deambulat. 2. Sphera : pila ingens. 3. Specimen : indicium vel signum. 4. Spectat : videt. 5. Specum (–cu ?) : speluncam (–ca ?). 6-7. Spernit : contemnit. Spretus : contemptus. 8. Sperate (spir–) secundi : prosperi flate. (Aen. 3, 529) 9. Spectabilior : sublimior. 10. Spectacula : ubi omnium visui publica praebetur inspectio. 11. Speculantem : observantem. 12. Spectabant : suspicabant. 13. Spectatus : probatus. 14. Sperno : fastidio. 15. Spiramine sancto : Spiritu sancto. 16. Spirae : nodi s<unt> quibus se ligant serpentes. (Verg. –ris) 17. Spirat : flat aut miratur (?). 18. [Spondet : promittit.] 19. Speculatio : inspectio. (=10 ?) 20. Spopondit : pollicitus est aut promisit. 21. Sponda : lectum. (Aen. 1, 698) 22-3. Sponte : voluntate. (=SU 1 ?) –taneus : voluntarius. 24. Spoliaria : exteriores balnearum cellulae. 25. Spurius : qui ex matre nobile et patre infimo nascitur 26. Spurcitia : inmunditia. 27. Spurius : meretricius. 28. Specimen : signum futurae virtutis.

SQ

Squalentem : sordidum (–dam ?). (? Aen. 2, 277, etc.) 2-4. Squalor : horror aut egestas aut ariditas. S. : inquinatio. –let sordet.

ST

Statio : ab stando. 2. Strata via : munita. 3. Strages : occisiones. 4. Stragula[t] : varia[t]. 5. Strepitum : tumultum. 6. Strenua : fortis. 7. Sterquilinium : scopiliarum acervus. 8. Stemma : generis nobilitas. (=GE 10) 9-10. Sternit : interficit aut occidit. [–nimus : occidimus.] (Aen. 2, 385) 11. Ster<nu>menta : sternutationes. 12. Sterillum (spir– ?) : barba de capra iocai (?). 13. Stigmata : signa vel cicatrices aut puncta. (Bibl. ?) 14. Stipulatur : testatur. (=AD 69 ?) 15. Stirp[i]s : origo vel radix. 16-7. Stipem : modicitatem. –p[it]es : modicitates. –p[i]s : modicus (–citas). 19. Styx : vorago. (Verg.) 20. Stricto pugione : evaginato gladio. (? Itala Act. 16, 27) 21. Stridor : strepitus. 22-3. Stipat : congerit, densat. –pant : congregant. 24. –patus :

SP 2. fiala *AB*. cf. 16 ?|| 3. cf. 28 (Specimen : signum futurae virtutis). Geo. 2, 241 ?|| 5. Specu spelunca *C*.|| 6. cf. TE 16 ?|| 9. an <Maior :> sp. su. (Aen. 6, 49 ; 1, 545) ?|| 10. ubi omnia publicis visibus provetur *AB*. spatio *B* : *om*. *A*. cf. Isid. Et. 18, 16, 1 (dicta autem spectacula eo quod hominibus publica ibi praebeatur inspectio : haec et ludicra nuncupata, quod in ludis gerantur). cf. LU 16. Nostram glossam Canonibus ascribit Leid. cf. 19.|| 12. an Suspectabant (cf. SU 92) ?|| 15. cf. Iuvenc. 1,250 (sancto Spiramine).|| 16. cf. Schol. Aen. 2, 217 (Spiris : nodis) ?|| 17. an minatur ? an <Stupet :> mir. (=ST 38) ?|| 18. cf. 20. *om*. *B*.|| 24. cf. Gloss. Verg. (Spoliarium : locus ubi spolia ponuntur). cf. ad PO 22-3.|| 25. Eodem ex fonte (Schol. Aen. 11, 340 ?) Isid. Et. 9, 5, 24 (Spurius : qui de matre nobili et patre ignobili nascitur). cf. 27 ?|| 27. vix cf. Ansil. (Mamzer : meretricis filius), ex Deuteron. 23-2.|| 28. cf. ad 3. *om*. *A*. vix cf. IN 52.

ST 1. cf. Schol. Geo. 4, 8 (Sedes statioque : .. aliud a sedendo, aliud a stando dicitur) ?|| 2. vel Str. : vi. mu.|| 4. cf. Isid. Et. 19, 26, 1 (Stragulum vestis est discolor quod manu artificis diversa verietate distinguitur.. de quo Salomon « stragulam vestem sibi fecit »). vix cf. 42 (Stromateas).|| 7. vide Meyer-Lübke, Roman. Etym. Worterb. s. v. scopilia.|| 10. *om*. *B*. || 12. an vocatur (cf. Fest. 446, 6 Spirillum vocari ait Opillus Aurelius caprae barbam)? an πόκαι ? Ex Schol. Geo. 3. 111 ?|| 17. mendicitates *C*.|| 19-20. *A marg*.|| 20. Act. l. c. evag. gl. Vulg.|| 24. an Stipata (Aen. 4, 544, etc.) ? cf. CI 22 (Circumfusa : circumdata).||

circumdatus aut circumfusus. 25. Stilo ligneo : sude exacuta. 26. Stridunt : sonant. (Verg.?) 27. Stica : tunica. (?) 28. Stimulat : agitat, instigat, incitat, monet, urget. 29. Stolidus : stultus. (=IN 56 ?) 30. Stoltomalus (stul–) : stultus et malus est. 31. Strophula : inpostura. 32. Stropham : variatim et semet invicem continentem. 33-4. Stropha : argumentum suffugii. S. : fraus aut nequitia. 35. Strophium : pallium virginale. 36. Scrupea : aspera, prominentibus saxis cacuminata (ac– ?). 37. Stuprum : virginitatis perditio. 38. Stupet : miratur. 39 Stuperatus (!) : stupefactus. (=AD 48) 40. Studia in contraria : in diversas partes. (Aen. 2, 39) 41. Strues : congregatio lignorum. (=RO 1 ?) 42. Stromateas : tamquam opus varie contextum. (Rufin. Hist. 6, 13, 1)

SU

Sua sponte : sua voluntate. (Verg.) 2. Suavium : osculum ; a suavitate. 3. Subactis : devictis vel edomitis. (Aen. 1, 266 ?) 4. Sub astra : sub caelo. (Aen. 2, 460 ; 5, 853) 5. Subcubuit : victus est. 6. Subcentor : subsequens cantor. 7. Sub dicione : sub potestate. 8. Subsidium : refugium vel tutamen. 9. Sub divo : in rore (ru–?), sub patenti caelo. (Verg. ?) 10. Subdolus : subtilis. 11. Sub aequa libra : sub librato iudicio. 12. Subegit : coegit. 13. Subfectus : subrogatus. 14. Subinde : frequenter. 15. Subit : succedit. 16. Subicio : respondeo, addo, vel subiectum facio. 17. –ciunt : subponunt. (Verg. ?) 18. Subiit : intravit. 19. Sublimatus : exaltatus. 20. Sublatum : subtractum. 21. Sublegit : subtrahit vel colligit 22. Subnixa : subiecta vel supposita, sed melius suffulta vel subfirmata. (Aen. 3, 402) 23. Suboles : filii. 24. Subpeditantia : quae facultas subpeditat. 25. –ditabat : pendebat aut praestabat. 26. Subplex : preces fundens. 27. Subparent : suppleant aut parent. 28. Subprimit : abscondit aut occultat. 29. Subrogat : substituit. (=46 ?) 30-1. Subrigens : erigens. –rige caput : humilia te. 32. Substitit : paulatim stetit. (Verg. ?) 33. Subnixi : circumdati. 34. Subsedit : succedendo possedit vel paulum resedit. (Aen. 11, 268) 35. Substituit : in locum decedentis constituit. (=49) 36. Subtexunt : obponunt aut obiciunt. 37. Subtrectatur (subiec–) : substituitur. 38. Su[b]trinum : locus ubi suuntur aliquae species. 39. Successor : subsequenter

---

25. vix cf. Columella 11, 3, 53 (ligneo stilo).|| 27. an Sticha ? an Serica ? an <ru> stica (lemmate omisso). (cf. 35) ? cf. SU 81 ?|| 28. inc. *om. B.* ur. *om. B.*|| 32. varium et semet in diversa vertentem *Ansil.* an variatum.. continens (pars gl. 35) ? an Strophio <serto>variato.. continente (Verg. Copa 32) ?|| 35. cf. 32 (Strophium) ? 27 (rustica tunica) ?|| 36. cf. SC 40. acuminata *a.*|| 38. cf. ad SP 17.|| 39. Stuporatus *A.* cf. Ansil. (Attonitus : stuperatus *vel* stupefa<c>tus) ; Ampl. II (Adtonitus : stupore defixus, stupefactus). Habes igitur nil nisi pravam scripturam et emendatam. || 41. vix cf. CO 20 (Congeries : congregatio).|| 42. Ruf. l. c. (Στρωματέας autem nos possumus intellegere tamquam opus varie contextum) ; 6, 14, 6 (Stromateas : id est laciniosa quaedam et varia diversitate contextos) Cf. aut Abol. aut A marg. (Histromatheas : opus varium sive laciniosa vel varia diversitate contextum).

SU 1. Vergilio ascribit Ansil. cf. SP 22-3 ?|| 2. cf. Schol. Aen. 1, 256 (sciendum osculum religionis esse, savium voluptatis) ?|| 6. subsequenter cantans *A marg.*|| 7. an <Dicione :> sub d. etc. (Aen. 1, 622) ?|| 8. A marg. : Subdiu ref. vel certamen *AB.*|| 11 an <Aequato examine :> sub ae. etc. (Aen. 12, 725) ? an <Libramine aequo :> sub ae. etc. (Prud. Perist. 10, 1134) ?|| 13. cf. 46. Subsecutus *A.*|| 14. Francogallice « souvent ».|| 19. Ezech. 31, 10 ? cf. EL 12 ?|| 22. sed melius etc. *om. AB.*|| 29. *A marg.* : Subrigat subsistit *AB.*|| 34-5. paul. –Subst. *om. c.*|| 34. paul. sedit *AB.*

obtinens locum. 40. Successu : eventu. 41. Succenturiatus : accinctus (adiunctus ?). 42. Sucus : virtus. 43. Sudum : serenum post pluviam. 44-5. Suffragium : auxilium vel adminiculum aut interventum. –gatur : opitulatur aut favet. 46. Suffecit : subrogavit aut substituit. 47. Suffraginatus : praecisis cruribus. 48-9. Sufficit : subministrat. –fectus : substitutus in locum decedentis. 50. Suggestu : suggestione. 51. Suggillavit : gulae manum iniecit. 52. –illet : condemnet. (Luc. 18, 5 ?) 53-4. Suillae : porcinae. –inum : porcinum. 55. Sulcatur : dividitur. 56-8. Sumit : accipit. –mpsit : accepit. –mite : accipite vel arripite. (Aen. 2, 104 ?) 59-60. Summissus : inclinatus. –i : supplices. 61. Summatim : quod dicimus partibus aut per singulas summas. 62. Sumptuarius : qui erogat sumptus. 63. Suppetium : refugium. 64. Suppeo rogo (sub pectore) : in animo. (Aen. 1, 36 ?) 65. Superstitio : superflua aut superva<cua> institutionis observantia. 66. –titiosus : falsus religiosus aut idolorum cultor. 67. Superbo : claro, edito. 68. Supercilio : typho vel fastidio aut superbia. 69. Supremo : novissimo aut summo. 70. –mum : excelsum. 71. Suppellex : omnia utensilia domus. 72. Superba : crudelia. 73. Supplicia : poenas. 74. Supero : ascendo. (Aen. 2, 303 ?) 75-6. Superstiti (–tes) : vivi filii. –stes : supervivens filius. 77. Supremus : altissimus vel novissimus. (=69 ?) 78. Supplicat : rogat. 79. Supervacuus : non necessarius. (=65 ?) 80. Superat : restat. (Aen. 12, 639 ?) 81. Superaria : vestis quae superinduitur. 82. Supplodi : excludi. 83-5. Suscenset : inputat vel irascitur. –sus : culpatus. –set : detrahit aut culpat. 86. Suspiritu : suspirio. 87. Suspendio : suspensio vel strangulaticius. 88-9. Suspicitur (–catur ?) : suspicit aut veneratur. –ciendo : sursum aspiciendo. 90-1. Suspensi : solliciti vel suspecti. (Aen. 2, 114 ?) –sum : sollicitum vel suspectum. 92. Suspectant : aspiciunt (sus–) ? 93. Suspicienter : venerabiliter. 94. Suspensa : sollicita. (=91 ?) 95. Sustentata : tolerata.

---

41. –atur accingitur *v.* Ter. Phorm. 230 (hic ero subcenturiatus siquid deficias).|| 43. post pl. *om. AB.* cf. Schol. Geo. 4, 77 (Sudum : serenum post pluvias).|| 44. cf. AD 50 ?|| 45. cf. FA 92 ?|| 46. cf. 13, 29, 49, quae gl. fortasse ceterarum origo est.|| 48-9. cf. Schol. Geo. 3, 65 (Suffice : subministra ; unde etiam suffectos consules dicimus) ; 2, 424 (Sufficit : subministrat).|| 51. *A marg.* (Suggilluit). gl. etymologica.|| 52. post 56 codd.|| 55. cf. ad TRI 5.|| 59-60. cf. Schol. Aen. 3, 93 (Summissi : inclinati. Utrum corpore an anima ? an quia supplices rogamus ? an, quod verum est, inclinati ?).|| 61. quod dic., per *om. AB.*|| 62. cf. QUAE 17 ?|| 63. –petitum *AB.*|| 64. Sub pectore *A marg., Abba* : Suppeorore *Ansil.* Pleniorem gl. Vergilio ascribit Ansil. (Sub pectore : id est in animo. Vergilius « interea et tacitum vivit sub pectore vulnus. »). cf. 78 ?|| 65. cf. 79 ? Ex eodem fonte (Schol. Aen. 8, 187 ?) Isid. Et. 8, 3, 6 (Superstitio dicta quod sit superflua aut superinstituta observatio).|| 69. cf. 77.|| 70. cf. Schol. Bern. Geo. 4, 460 (Supremos : excelsos) ?|| 78. cf. 26 ? cf. 64 ?|| 81. an <Suppara : quasi> supe., ve. etc. ? cf. Abol. (Suppara :.. tunica quae et subucula dicitur). cf. ST 27 ?|| 82. *om. A.* cf. ad EX 118.|| 83. vel ir. *om. B.*|| 87. vix strangulatio (cf. restio=qui restim frequentat, etc.). Suspendium suspensio, Suspendio strangulaticius *Nettleship.*|| 88. an [Suspicitur] Suspicit : veneratur ? an Suspicit : sursum aspicit aut ven. (cf. aut A marg. aut Abol. Suspicit : superiorem partem aspicit vel veneratur) ?|| 90-1. suspectus=suspicans. cf. Rönsch, Itala und Vulgata 339.|| 92. an <sursum> asp. (cf. 89) ? cf. Schol. Aen. 1, 224 (Despiciens : deorsum aspiciens : sicut suspiciens : sursum aspiciens). cf. DE 100.|| 93. cf. 89-90.

TA

Tabes : macies. 2. Tagax : furunculus. 3-4. Talio : vicissitudo. –lione : facti repensatione simili. 5. Talia : eiusmodi. 6. Thalamus : cubiculus sponsi et sponsae. 7. Talatrum : colafus in (a ?) talo. 8. Tam sera : tam tarde. (Aen. 2, 373 ?) 9. Tam nefas : tam detestabile factum. (Aen. 2, 658 ; 4, 306 tantum) 10. Tam clara : tam manifesta. (? Aen. 2, 589 ; 9, 19) 11. Tamquam :sicut. 12. Tames (–bes) : cruor sanguinis. (?)13. Tandem : aliquando. 14. Tantocius : tam (tanto ?) citius. 15. Tantillus : <tam ?> modicus. 16. Tantisper : interim vel ita demum. 17-8. <Tantundem : > tantummodo, quantum et illud. Tantidem : quod supra. 19. Tauro<mi>nia : civitas est.

TE

Taedet : taediatur. T. : taedio adficitur. 3. Taedae : lampades. (Verg. ?) 4. Tegit : celat. 5. Tegmine : velamine. (Aen. 1, 323 ?) 6-7. Tellus : terra.–uris : terrae. 8. Teluerunt (tuler–) : genuerunt aut educaverunt. (Aen. 1, 605) 9. Teloneum : quasi omnium litorum (?) fiscalis conductio. 10-11. Temere : propere aut violenter. –ritas : violentia, praesumptio. 12. –rari : pollui. 13-15. Temetum : vinum. –mulentia : ebrietas. –mulentus : voracitati simul et ebrietati deditus. 16-7. Temnis : contemnis. (Aen. 1, 665 ?) –pserunt : contempserunt. 18. Temptare : scrutare (–ri) vel perquirere. 19. Thema : materia. 20. Tempóra : vicina fronti et auribus loca. 21-2. Tentoria : tabernacula ; a tendendo ; id est papiliones. –rium : casa militaris vel tabernaculum, 23. Tensus : taesus. (=PE 71 !) 24. Tendit : nititur, laborat vel conatur. 25. –dunt : pertendunt aut perseverant. 26. Tensa : genus vehiculi. 27. Tendicula : quasi retia quae tenditur leporibus aut avibus. 28. Tenilis : qui teneri potest. 29. Tenuere : tenuerunt vel possederunt. (Verg.) 30. Teneritas : teneritudo. 31. Tenus : usque vel iuxta. 32. Theoria[s] : ad divinitatem extendens. 33-4. Terminatum : finitum. <Ex>terminati : exsulati. 35. Tergiversatur : eludit aut frustratur. 36-6a. Tergum, terga : dorsum. Tergus, terg<or>a : coria. 37. Terse : nitide aut erudite. 38-9. Teretes lacerti :

TA 2. cf. Fest. 492, 4 (Tagax : furunculus ; a tangendo, etc.)|| 4. sim. *om. AB.*|| 7. Talastrum (*vel* –us) *AB.* cf. ad VI 2. cf. Suet. Tib. 68.|| 9. Vergilio ascribit Ansil. facta *AB.*|| 12. Tabes. *Ansil.* cf. Plac. (Tabes : orbor sanguinis). vix Tama rubor. sanguis *Abav.* cf. 1 ? cf. CU 17 (Cruor : sanguis currens) ?|| 14. cf. QUA 7 (Quantocius : celerius vel citius).|| 18. *A marg.*|| 19. cf. Schol. Aen. 3, 420 (Charybdis sorbet universa et secundum Sallustium ea circa Tauromenitanum egerit litus).

TE 8. Tulerunt : genuerunt et docuerunt. *Ansil.* vix Te tul.|| 9. Vide ne gl. etymologica sit, Telonium (i. e. tell– omnium !) : qu. om. tellurium f. c.|| 10. praes. *om. AB.*|| 11. cf. 30 ?|| 13-4. cf. ad AB 4.|| 15. an <Esculentus et>tem. (cf. EX 91) ? cf. VI 19 (Vinolentus : qui et satis bibit et difficile inebriatur).|| 21. pap. *interp. AB.* cf. MA 18 ; 36 ?|| 23. vix Tensus : tentus (cf. 26).|| 24. cf. NI 20.|| 27. cf. ad PA 26.|| 28. cf. HA 3 (Habilis) ? TRI 7 (Tritile) ?|| 29. Vergilio ascribit Ansil. vel poss. *om. B.* cf. Ansil. (Ten. : cursu possedere), ex Aen. 1, 12.|| 30. an Tem –tem– (cf. 11)|| 31. cf. PU 6 (Pube tenus) ? VE 44 (Verbo tenus) ? QUA 14 (Quatenus) ?|| 32. an Theorica (cf. ad ET 4) vel <Theoretica : > theorias etc. ?|| 34. an Ext. extra terminos facti exs. (cf. EX 40 Exterminati : extra terminos facti) ? an <Extorres: > ext. exs. (cf. Abba Extorris : exterminatus, extra terminos) ?|| 36-6a. cf. Schol. Aen. 1, 211 (Tergus tergoris, unde et tergora, corium significat ; tergum vero tergi dorsum significat).|| 38. cf. LA 7.|| 39. teres enim etc. *om. AB.* cf. Schol. Aen. 6, 207 (Teretis truncos : teres est rotundum aliquid cum proceritate ut.. Horatius.. « teretesque suras » etc.). Ter.

pulcra simul et fortia brachia. –retes : rotundi ; teres enim est aliquid rotundum cum proceritate, ut columna. 40. Terret : terrorem inponit. 41. –rrificant : timorem incutiunt. (Aen. 4, 210 ?) 42. Terribola (?) : formidolosus vel timidus. 43-5. Testatur : testibus praesentibus loquitur. –tatione : denuntiatione. –tor : iuro aut invoco. 46-8. Testudo : coniunctio scutorum. T. : quam vulgo golaiam vocant. T. : glarea, id est pavimentum. 49. Tetricus : obscurus (?) aut severus. 50-1. Teter : niger. –trum : obscurum vel putridum. 52. Te[t]rimentum : nutrimentum. 53. Tetrachordum : cithara cum quattuor chordis. 54. Tetrarcha : qui quartam partem regni tenet.

TI

Thiasi[s] : laudes virginum. (Aen. 7, 581 ?) 2. Tiaras : genus palliorum (pilleo–) aput Persas. 3-5. Tibia : symphonia. (=5 !) –bicen : qui in tibia canit. –bicines : plures in symphonia cantantes. 6. Tiberis : a Thybro rege. 7. Tylon : insula in India ubi omnium generum arborum folia numquam cadunt. 8. Typum : forma vel similitudo. 9. Typho : draco. 10. Tiro : ignarus vel novus. 11. Tyrannus : indebitum usurpans imperium. 12. [Titulus : indicium, signum.] (=15 ?) 13. Titan : sol. (Verg.) 14. –nes : filii Terrae principes. 15. Titulis : significationibus vel indiciis.

TO

Toga pulla : toga nigra. T. palmata : quae palmas habet. 3. Tolor (?) : hasta. 4. Tollere : erigere. 5. Tholum : culmen tecti. (Aen. 9, 408 ?) 6. Tongillatim (–gilia–) : singillatim (?). 7. Thorax : lorica. 8-9. Torpet : frigidum est. –por : frigdor, stupor animi vel corporis. 10. Torrere : cremare, vel siccare. 11. Torvus : asper vultu aut minax. 12. Torus : accubitus vel lectus. 13. Torrens : fluvius conceptus a

---

trunci : rotundi *Abba.*|| 42. cf. Ansil. (Terribilis : pavendus, timendus, formidabilis, Terribola : formidolosa). cf. ad FO 12 ?|| 43-5. cf. DE 119 (Detestatus) ? cf. Schol. Aen. 2, 155 (Testor : modo iuro, alibi testificor) ?|| 43. i. e. per se hoc significat.|| 48. Aliam vocis significationem servat Philox. (Testudo manus : χειρὸς τὸ ἐπάνω).|| 49. an austerus (sed cf. 51) ? cf. Schol. Aen. 7, 713 ?|| 50. vel pu. *om. B.*|| 52. i. e. nu. flammae, fomites.

TI 1. cf. Schol. Ecl. 5, 30 (Bacchi thiasos : id est coetus virginum sive puerorum bacchantium).|| 4. cf. ad CO 217 (Cornicen : qui in cornu canit).|| 5. in sy. ca. *om. AB.* cf. Schol. Aen. 11, 737 (Curva tibia : symphoniacorum).|| 6. cf. Schol. Aen. 3, 500 (Thybrim : fluvium ; pro quo regem ipsum posuit Thybrim, qui in hunc cecidit fluvium et ei nomen dedit).|| 7. cf. Aug. Civ. 21, 5 (T. Indiae insulam eo praeferri ceteris terris quod omnis arbor quae in ea gignitur numquam nudatur tegmine foliorum) ; Isid. Et. 14, 3, 5 (India.. habens.. insulam T. quoque arboribus foliam numquam carentem) ; 6, 13 (Tiles : insula Indiae, virens omni tempore folia). cf. ad AB 52 (nisi quidem haec notitia ex Schol. Geo. 2, 122 provenit). || 9. cf. Gloss. Verg. (Tyfum : ignem flans), ex Aen. 9, 716 (Typhoeo).|| 10. cf. VE 60 (Veteranus : anticus, vetustus).|| 12. *om. B.*|| 14. i. e. primi natu. cf. Schol. Aen. 6, 580 (Genus antiquum Terrae : id est primum ; Titanas enim contra Saturnum genuit, Gigantes postea contra Iovem). Quod tamen male intellexerunt derivativa glossaria, v. g. Abba (Titanes : principes) ; cf. A marg. (Titanes : principes).

TO 1. cf. PU 15.|| 2. cf. Schol. Aen. 11, 334 (Palmata dicitur toga quam merebantur hi qui reportassent de hostibus palmam).|| 3. Tolar *B.* Telorum : hastarum *Nettleship.*|| 6. Aliter Abol. (Tongiliatim loqui : pravis verbis ; a Tongilio parasito, qui hoc invenerat risus aucupium, ut salutanti convicium responderet, maledicentem blandissime salutaret), nimirum ex Festo.|| 9. frigidor *A.*|| 10. cf. ad 13 ; 15.|| 11. cf. 18.|| 12. vel le. *om. B.*|| 13. cf. Schol. Aen. 2, 305 (Torrens : fluvius qui aestate siccatur) ? cf. 10 ?

pluviis. 14. Tori : lacerti brachiorum. 15. Torris : fustis ustus in foco. 16. Toreumata : vasa quae in torno facta sunt. 17. Torquet : convertit. 18. Torva : vultu aspera. 19. Torridis : aestuosis. 20. Tos (tot) : tantos.

TRA

Tragoedia : luctuosae relationes. 2. Tra<n>-stri : sedilia nautarum, sive medias partes navium. 3. Tranquillus : placidus vel lenis. 4. Traicitur : transfertur vel inseritur. 5-6. Trames : via. –mite : semita [e]. (Verg. ?) 7. Transscribit : per scripturam tradit. 8. Trapeta : molae olivariae. 9. Trans : per medium, ut « trans fluvium ». 10. Tradux : propago, vel origo aut radix.

TRE

Trepudio (tri–) : exulto. 2. Threnis (–us) : lamentatio. (Bibl. ?) 3. Tres soles : tres dies. (Aen. 3, 203).

TRI

Tripudium : hilaritas, exultatio. –diantes : gaudentes. 3-4, Triumphum : gaudium. –phalis dies : gaudii dies. 5. Trisulco : trifario. 7. Tritile : quod teri potest. 8. –tor : ab eo quod est tritura. 9. Tribunalia : cathedrae.

TRO

Tropaeum : signum victoriae. –aea : triumphorum tituli. 2a. Trivia : luna. (Verg.) 3. Thronus : excelsa sedes. 4. Tropus : mensura dictionis.

TRU

Trudit : cludit (?). –usus : inclusus. 3-4. Trutinat : perpendit. –na : statera. 5. Truncus : sine capite. 6. Trux : dirus aut terribilis. 7. Trunca : sine pedibus (Geo. 4, 310) 8. Truculentus : saevus vel iratus aut inmitis aut ferox.

---

15. cf. 10 ?|| 16. cf. Philarg. Geo. 2, 449 (Torno : torno fiunt vasa) ? cf. aut A marg. aut Abol. (Toreumata : quae torno rasa sunt).|| 18. vultus *AB*. cf. 11.|| 20. Tot : tantus *Ansil.* cf. Ansil. (Tot : tanta ; tot ad numerum refertur ; Terentius « tot peccata in hac re ostendis »). In nostra glossa vocis antiquae interpretatio vox recentior est (Italice « tanti »).

TRA 1. cf. aut A marg. aut Abol. (Tragoedia : composita fabula) ?|| 2. sive etc. *om. AB*. Ad Rostra (RO 9 Rostra : prima pars navis) melius resonet Trastra (cf. Aen. 5, 136 et 143 ; 10, 295 et 306) cf. aut A marg. aut Abol. (Puppis : posterior pars navis).|| 3. vel plenus *AB*.|| 5. cf. Gloss. Verg. i. e. Abol. (Trames : via transversa).|| 7. perscribitur *A*.|| 8. olive *AB*. cf. Schol. Bern. Geo. 2, 519 (Trapetis : molis olivariis) ; Serv. ibid. (Tr. : molis olivaribus).|| 10. origo aut *om. B*.

TRE 1. cf. TRI 1-2.|| 3. Vergilio ascribit Ansil. cf. SO 18.

TRI 1. exult. om. *AB*. cf. TRE 1.|| 3-4. cf. Prud. Perist. 4, 78 et 5,2.|| 5. cf. BI 2 (Bisulcum), 10 (Bifidum), 18 (Bisulces porcus), SU 55 (Sulcatur). Plenius disseruisse scholiastam (puta ad Geo. 3, 439) cum tribus Ovidi versibus : Ib. 469 (telo trisulco), Met. 9, 65 (linguam bisulcam), Met. 14, 303 (bifidos pedes) crede.|| 7. cf. ad TE 28.|| 9. cf. TRO 3 ?

TRO 3. cf. TRI 9 ?

TRU 1-2. cf. Ansil. (Truditur : excluditur ; nove, ut Donatus, Trudit : inclusit, alias processit , Truditur : cluditur, Trudunt : includent), unde fortasse colligendum est Donatum dixisse hoc verbum proprie inclusionis significationem habere, sed in hoc Vergilii versu (puta Geo. 2, 31) exclusionis.|| 5. cf. 7.

TU

Tugurium : cellula parva ; a tegendo, quasi tegurium. 2. Tumultus : seditio. 3. Tum : de praesenti (?), eo tempore, <tunc vel deinde>. 4-5. Tumulum : sepulcrum. –lus : locus qui tumet. 6. Tunsa pectora : aut verberata. (Aen. 11, 37) 7. Tune : numquid tu vel tu vero. 8. Tunc : vel [aut] deinde. 9-11. Turma : certus numerus equitum. –ma : ordo.– malis : ordinalis. 12. Turbo : venti vorago (vortigo ?). 13. Turificatus : purgatus. 14. Turget : crescere incipit. 15. Turrita : in modum turris facta, ut (Sulp. Sev. Dial. 2, 8, 4) « politissimis saxis moles turrita surrexit ».

VA

Vafer : <versipellis> callidus vel artificiosus. 2. –frum : varium, multiformem. 3. Vacillat : nutat, titubat, tremulat. 4-8. Vadem : fideiussorem. (=7) –dimonium : sponsionem officii. –datur : promittit, pollicetur, fidem dicit. –dimonium facit : <vadem, id est> fideiussorem, dat. –dimonia : iudicia sunt unde (?) apud iudicem per fideiussorem vadere licet. 9-10. Vagatur : ubique gressu instabile circumfertur. –gus : exerrans. 11. Vagitus : sonus. 12. Vallum : fossatum, gyrum. 13. –llavit : circumdedit. (Eccle. 9, 14 ?) 14. Valus (–rus) : qui genibus iunctis ambulat. 15-7. Valitant : valent, id est sani sunt. –tudinarius : qui frequenter aegrotat. –tudo : fortitudo, aut virium diminutio. 18. Valteum (bal–) : lorum. 19. Varicat : divertit aut ... ambulat. (Itala Deut. 9, 16 ?) 20. Variegata : variata. 21. Vas : fideiussor. (=4) 22. Vastitas : solitudo. 23. –stum : inmensum vel grande. 24-5. Vaticinium : prophetia. –tes : propheta aut poeta. 26. Ubertim : abunde. 27. Ubique : omni loco.

VE

Vecordia : stultitia. –cors : ineptus cordis. 3-5. Vector : portator. –ctatur : pro voluntate portatur. –ctus : portatus. 6. Vectes : serae. 7. Vectigal : tributum fiscale. 8. Vehitur : portatur. 9. Vehemens : ferox. 10. Vehiculum : currus, raeda vel carrus. 11. Vellere : eradicare. 12. Veluti : quomodo. 13. Velificat : navigat. 14-6. Venit : venditur. –neo : vendor. –num : venditio. 17-8. Venalicium : quidquid vendi potest. –ciarius : qui vendit. 19. Venditantibus : vendere volentibus aut venale offerentibus. (*Unde* ?) 20-3. Venustavit : ornavit.

TU 1. quasi teg. *om. AB.* cf. Isid. Et. 15, 12, 2 (Tugurium : casula.. ad tegimen sui, quasi tegurium), ex Schol. Ecl. 1, 68 ?|| 3. an <non> de pr. ? tunc etc. ex 8 inserui.|| 4-5. cf. Schol Aen. 2, 713 (Tumulus : modo terra tumens, alias sepulcrum.)|| 5. Tumus *AB.*|| 6. Vergilio ascribit Ansil.|| 7. cf. EG 5 ?|| 8. vix velut d. cf. 3.|| 9. Turmas *AB.* eq. om. *AB.*|| 12. cf.. Ansil. (Turbo : proprie tempestatis vertigo est) cf. aut A marg. aut Abol. (Vertex : vorago aquae).|| 15. *sic Ansil.* : *om. A.* : *interp. om. B.*

VA 1. Vabra *AB.* versip. e VE 37 inserui.|| 2. an [Vafrum] Varium : mult. (sed cf. 1 versipellis).|| 3. cf. NU 21. cf. aut A marg. aut Abol. (Titubat : vacillat).|| 7. vadem. i. e. e 4 inserui, cf. 21.|| 12. de foss. (cf. LO 4), vide Meyer-Lübke, Roman. Etym. Wörterb. s. v. ||15-7. cf. ad VE 3-4 ?|| 20. an <Stragula :> var. var. (cf. ST 4) ? an <Maculosa> (Aen. 1,523) ?|| 25. Ex eodem fonte (Schol. Aen. 2, 122 ?) Isid. Diff. 1, 451 (Pontifex tantum summum sacerdotem significat ; vates autem plura significat, aut sacerdotes aut poetas aut prophetas) ? cf. CA 11 *b* ?

VE 3-5. cf. Schol. Aen. 4, 72 (nam cum vector sit proprie qui vehit, invenimus etiam eum vectorem dici qui vehitur... tale est et formidolosus ; cum sit timidus, et timendum significat). cf. ad FO 12. cf. VA 15-7.|| 4. cf. 8.|| 11. edificare *AB.* cf. AV 24 (Avellit : eradicat, extrahit)? || 18. *om. AB.*

-stus : formonsus ; quasi a Venere dictus. -stum : decorum vel ornatum. -stas : facundia vel eloquentia, aut pulchritudo. 24. Ventrale : quod solum ventrem operit. 25. Veneramur : colimus vel honoramus. 26. Vepres : virgulta[e] spinosa[e]. 27. Versutus : astutus ; qui in omnibus versatur. 28. Vertigo : tempestas ; a vertendo. 29. Verrunt : trahunt. 30-1. Vergentia loca : humilia. -git : inclinat aut fundit. 32. Versis : mutatis aut retro conversis. (Verg.) 33. Verteret : everteret aut converteret. (Aen. 1, 20 ?) 34. Vertex : summitas capitis. 35. Vertitur : volvitur. 36. Vernus : subaudis ut dies. 37. Versipellis : callidus vel artificiosus. (=VA 1) 38-40. Verna : vernaculus, servus in domo natus. -naculum : proprium. -naculae familiaritatis : intimae libertatis. 41. Vernat : laetatur. 42. Verbena : sacrae frondes, ut laurus, olea, myrtus ; poeta autem... alibi verbenae inveni. (Aen. 12, 120) 43 Verba infit : in verba prorumpit. 44. Verbo tenus : verbi gratia vel causa. 45. Vestibu/um : introitum. 46. Vestiarius : qui vestibus praeest. 47. -stiplica : femina quae vestes plicat. 48. Vesta: quasi numen ignis quae celebratur Romae. 49. Vesticeps : pubescens. (Verg.) 50-1. Vesanus : minus sanus. -na : male sana. 52-3. Vesperescit : sero fit. -perascit : ad occasum declinat. 54-5. -perum : serum. -per : stęlla quae noctem nuntiat. 56-7. -pertilio (-tinus) : serotinus. -pertilio : avis nocturna. 58. Vespillo : sepulcrorum violator. 59. Vescitur : manducat. 60. Veteranus : anticus, vetustus. 61. -rator : callidus infitiator, id est criminator ; quasi diu hoc egerit.

VI

Viaticum : sumptus in via. (Deuteron. 15, 14, etc. ?) 2-3. Vibex : pugna (plaga ?). -bices : caesae (?) plagarum. 4-5. Vibrat : fulget vel micat aut concutit. -brantibus : torquentibus aut concutientibus. (Aen. 2, 211 ?) 6. Viburnus (-na) : genera sunt virgultorum humilium. (Ecl. 1, 25) 7. Vibrantia iacula : fulgentia. 8. Vicatim : per singulas (-os) vices (-os). 9. Vicorum

---

24. Ventralem *AB.*|| 26. virgulae *Ansil.*|| 29. cf. EV 5 (Everrit ; traxit).|| 31. cf. IN 282 (Invergit : fundit).|| 32. Vergilio ascribit Ansil. cf. Schol. Aen. 1, 391 (Versis Aquilonibus : aut.. mutatis ventis, aut quia.. adversus ante Aquilo coepit esse prosperrimus).|| 34. cf. AP 17 (Apex) ?|| 36. cf. ad CA 76.|| 40. *sine interp. AB.* Spectat ad pleniorem formam glossae **VI 27 (cf.** Ansil. VI 262). ||42. ut lau. etc. *om AB.* Hic solum sing. num. utitur Verg. cf. l. Schol. l. c. (Verbena proprie est herba sacra sumpta de loco sacro Capitolii.. abusive tamen iam verbenas vocamus frondes sacratas, ut est laurus, oliva vel myrtus).|| 43. in *om. AB.* Quasi fit in verba ! cf. IN 87 ; 96. cf. Fest. 100, 3.|| 44. cf. TE 31 ?|| 47. cf. Leo, Mélanges Boissier p. 355.||49. Vergilio ascribit Ansil. cf. Schol. Aen. 6, 645 (Longam autem vestem aut citharoedi habitum dicit aut longam barbam ; nam e contrario inberbes investes vocamus) ; 8, 659 ;Fest. 506, 1 (Vesticeps : puer qui iam vestitus est pubertate econtra investis qui necdum pubertate vestitus est).|| 52-3. Itidem (ex eodem scholio Vergiliano ?) Isid. Diff. 1, 608.|| 52. fecit *A B.*|| 58. cf. Fest. 506, 16 (Vespae et vespillones dicuntur qui funerandis corporibus officium gerunt ; non a minutis illis volucribus, sed quia vespertino tempore eos efferunt qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. Hi etiam vespulae vocantur). Noli mutare illud viol. (cf. Fulg. Serm. 2).|| 60. cf. TI 11 (Tiro).|| 61. cf. Fest. 507, 7 ; Donat. Andr. 457.

VI 1. cf. UT 1 ?|| 2. an a pugno plaga (cf. TA 7 Talatrum : colaphus a talo) ? an a virga plaga (cf. Abol. aut A marg. Vi. : plaga ex virga) ?|| 3. Vi. vestigia plagarum *A marg.* (aut Abol.), *Ansil.*|| 4-5. cf. 7.|| 8. cf. 33.|| 9. pars glossae ME 32 (Metatores : mansionum praeparatores) ? Hinc, ni fallor, Not. Tiron. 36, 94-5. (Viocurus Cestifer) ; unde illa Scaligeri sane mirae formae glossa (Viocurus et statim cestifer). Lege igitur apud Martial. 5, 17, 4

(viocurus) et cistifer nomina sunt metallorum (–ato-). 10-11. Vigebat : viribus valebat. –gentes : virtute pleni. 12-13. Vigil : custos nocturnus. –giles : urbis custodes. 14-15. Vilicus : actor ; quasi a villa. –cat : officium vilici agit. 16-17. Vinciri : ligari. –culum : ligatura. 18. Vineas : machinamentorum genera quae fiunt in modum turrium ac rotis ducuntur, in quibus ascendunt milites et muros expugnant. 20. Violenta : valida. 21. U[i]ret (–it) : cremat vel torquet. 22. Viribus : conatibus. 23. Viritim : singillatim. 24. Virule (!) : venenum. (=25) 25-6. Virus : venenum. –rulenta : venenata. 27. Vir : a virtute nomen accepit, ut Varro docet, sicut mulier a mollitie. 28. Viriosi : viribus subnixi. 29. Viriliter : fortiter. (=30 ?) 30. Virissat : viriliter sapit. 31. Viriosus : austerus. 32. Virago : femina quae est ut vir. 33. Viri[a]tim : per singulos viros. 34. Vis : violentia ; a virtute. 35. Viscera vitalia : id est circumfusa cordis loca quibus anima continetur. 36-8. Visentes : videntes. –sendi : videndi. –sere : videre.

UL

Ulnae : brachia. (=2 ?) 1a. <Umbrae :> inferi. (Verg.) 2. Ulnis : brachiis. (Isai. 49, 22 ?) 3. Ultor : [iudex vel] vindex. 4-5. Ultro : interius, vel voluntarie. U. citro : intus et foris, longe et prope. 6. Ultuire : vindicare, ulcisci. 7-8. Ultimus : novissimus. –terius : amplius. 9. Ulciscitur : defendit. 10. Ultra : adhuc amplius. 11-2. Uligo : humor aut limus. –ginosus : humidus. 13. Ultro : a nobis ad aliam partem. 14-6. Ultio : vindicta. –tus est : vindicavit, defendit. –ciscens : vindicans.

UM

Umbo : media pars scuti. –bones : scuti protectione<s> (proiect–). 3. <H>umus : terra. (=HU 1) 4. Umquam : aliquando.

UN

Una : simul, pariter. 2. Unitum : unum effectum. 3. Unitionem (umbonem ?) : mediam partem. (=UM 1 ?) 4. Unicuba[m]

---

cistifero (non Cistibero); cf. Class. Quart. 1926. cf. aut A marg. aut Abol. (Viocorus : nomen aliquod appell<ativum>.)|| 19. pars glossae TE 15 (Temulentus) ? Itidem Isid. Et. 10, 281 (Vinolentus : qui et satis bibit et difficile inebriatur).|| 21. Uret *A marg.*|| 23. cf. 33.|| 24. Nimirum coeperat scribere Virulenta.|| 26. an <Mala :> vir. ven. (Aen. 2, 471) ?|| 27. *A* : *marg.* : ut Varro etc. *om. B.* Ex eodem fonte (Scholio Vergiliano ?) Isid. Et. 10, 274 (Vir : a virtute) ; 11, 2, 18 (Mulier : a mollitie ; tamquam mollier).|| Pleniorem glossae formam servavit Ansil. VI 262. ||28. cf. 31.|| 30. cf. PA 73 (Patrissat) ? an viriliter. <id est fortiter> sa. (cf. 29) ?|| 32. cf. Schol. Aen. 12, 468 (Virago : mulier quae virile implet officium.. quae viri animum habet) ?|| 33. Vide ne sit nil nisi gl. 8 (Vicatim) male emendata. Sed cf. 23.|| 34. cf. Schol. Geo. 1, 198 (Vis humana : possibilitas.. aut certe multitudo ; tamen verius est ut vis quasi violentia sit ... sic enim Donatus sensit). cf. aut A marg. aut Abol. (Vim : aliter virtutem, violentiam, aliter multidinem vel abundantiam).|| 35. Ex eodem fonte (Scholio, puta, ad Aen. 1, 211) Isid. Et. 11, 1, 116 (Viscera non tantum intestina dicimus, sed quidquid sub corio est.. item viscera vitalia, id est circumfusa cordis loca, quasi viscora, eo quod ibi vita, id est anima, continetur). id est quae ci. co an. cont. (*om.* loca quibus) *AB*.

UL 3. cf. 14-6 ; 6 ; 9.|| 7-8. Ulterius : novissimus vel amplius *AB* (vel amp. *om. B.*).

UM 1-2. cf. UN 3.

UN 2. cf. 7.|| 4. cf. Schol. Aen. 4, 166 (Varro pronubam dicit quae ante nupsit et quae uni tantum nupta est) ? cf. BI 20 ; PRO 64.

unius viri uxor. 5. Unde : a quo vel ideo. 6. Unguine : unctione aut adipe. (Geo. 3, 450) 7. Unit : unum facit. (=2 ?) 8-12. Unco : curvo. –cus : ancora. –ci : curvi. –cat : curvat. –ca manu : curva manu. (=IN 279 ?)

VO

Voethema<ta> (boe–) : adiutoria ; Graecum est. (2Mac. 15,8) 2. Volubiles : <qui> quidquid vident desiderant. 3. Volucer : Cupido. 4-5. Volutans : cogitans. –lvere : cogitare. 6. Vola : manu[m] vel palma [vel manu inlata]. 7. Vorax : sorbens. 8. –rat : gluttit. 9. Vorri (?) : edaces. 10. Vosmet : vosmet ipsos. 11-14. Votum : voluntate promissum. –tivum : quod promissum est votis. Vovet : promittit. –vit : promisit.

UR

Urbs : aedificium civitatis. 2. Urna : mensura unde ducuntur sortes ; quasi quartarium est. 3. –na<s> : sepulcra.

US

Ussit : incendit. Usta : combusta. Ussitat (usti– ?) : conburit. 4. Ustrina : locus ubi conburuntur corpora. 5. Usurpat : inlicite utitur. 6. Usuri : usui habituri. 7-8. Uspiam : [alicui vel] alicubi. Usquam : alicubi.

UT

Utensilia : viatici sumptus vel usibus necessaria. (Bibl. ?) 2-3. Utitur : fruitur. –tuntur : fruuntur. 4. Uterque : ambo. 5. Ut reor : ut arbitror. 6. Utrosque : ambos. 7-9. Utrumque : et hoc et illud. Utriusque: et huius et illius. Utrubique : et ibi et ibi.

VU

Uvidus : udus. 2. Vubulcus (bu–) : pastor boum. 3. Vulgatum : omnibus patefactum. 4. Vulgus : populus diversus vel vilis. 5-6. Vultuosus (–os ?) : vultibus tristis. –tus : quo ostenditur animi voluntas. 7. Vuccula (?) : vacca diminutive. (=BA 8)

X

Xristicola (Chr–) : fides expressa. (?) 2. Xystarches : athletarum princeps. 3. Xanctum (–nthum) bibissent : pro de Xancto. (Aen. 1, 473) 4. Xenia : dona, praemia. (Bibl. ?)

Y

<H>ymnus : laus sancta. (Bibl. ?) 2.

8-12. cf. AD 109.

VO 1. LXX (adiutoria Vulg.)|| 3. cf. Ovid. A. A. 2, 98 (deum volucrem) ; Pont. 3, 3, 65 (puero volucri) || 5. *A marg.* dividant add. Ansil. cf. A marg. aut Abol. (Volutare : cogitationem repetere).|| 6. cf. ad IN 279.

UR 1 cf. CI 46 ?

US 3. an Ustulat ?|| 4. pecora *AB.* cf. Schol. Aen. 11, 201 (ubi homo combustus est, nisi ibidem humatus fuerit, non esse ibi bustum sed ustrinum) ; 6, 216 (Varro tamen dicit pyras ideo cupresso circumdari, propter gravem ustrinae odorem). cf BU 9 ?|| 7-8. cf. ad CU 7-13.

UT 1. cf. VI 1 ? vel us. nec. *om. AB.*|| 5. cf. RE 56.|| 7-9. cf. ad CU 7–13.

VU 1. Vividus *A marg.* : Urcius *B.*|| 2. cf. Isid. Et. 10, 263 (Subulcus : porcorum pastor ; sicut bubulcus : a cura boum), nimirum ex Schol. Ecl. 10, 19.|| 3. Vulgare *BC.* patefacere *C.*|| 4. vel vil. *om. AB.*

XYZ. *deficit A.*

X 2. Tertull. Mart. 3. ut laetaremus pr. B.|| 3 sancto *B.*

<H>ypocrisis : simulatio. (Bibl. ?) 3. <H>ymnus : laus. (=1 ?) 4. Yphoticeuae (apothecae) : domus vel argisteria.

Z

Zibinarum aculeis : lancearum. (? Itala Iudic. 1, 15) 2. Zephyrus : nomen venti. (=5 ?) 3. Zacynthus : insula Achaiae. (Aen. 3, 279) 4. Zaccheus : humanum genus. (Luc. 19, 5) 5. Zephyrus : Favonius ventus. 6. Zonae : cinctoriae. 7. Zephyrus : ventus. (=9 ?) 8. Zozia (-dia) : signa. 9. Zephyris felicibus : prosperis ventis. (Aen. 3, 120) 10. Zacynthus : insula. (=3)

Y 3. cf. Isid. Et. 6, 19, 17 (Hymnus : canticum laudantium ; quod de Graeco in Latinum laus interpretatur).|| 4. de arg. cf. Ansil. (Argisteria : stationes, nundinae, popinae).

Z 1. LXX.|| 3. ins. acage *B*. cf. 10.|| 4. cf. Isid. Alleg. Script. 226 (Zacchaeus gentilis est populus).|| 5. prima pars glossae FA 7 ? cf. 2 ; 7.|| 6. cinctore *B*.|| 8. cf. Schol. Geo. 1, 238 (Signorum ordo : Zodiacum dicit ; quem nos Signiferum dicimus). cf. aut A marg. aut Abol. (Zodiacum : Signiferum).

ABOLITA

EDIDIT

W.-M. LINDSAY

PRAEFATIO

Da mihi, lector, veniam hoc glossarium in lucem proferenti, tam saevam Fortunam expertum, velut Deiphobum

laniatum corpore toto,

et

lacerum crudeliter ora,
Ora manusque ambas populataque tempora raptis
Auribus et truncas inhonesto volnere naris.

Aliorum sane glossariorum editores possunt codices, duos saltem vel tres, eorum glossariorum proprios citare, ego ne unum quidem. Huic enim glossario nonnisi precariam in marginibus alieni codicis habitationem concessit Fortuna, quippe quod saeculo, puta, octavo ineunte (1) aut exeunte septimo, in margines Hispani (2) libri, in quo Abstrusa transcriptum erat, ita sit admissum ut, cum ii iam magna ex parte correctionibus et variis lectionibus ad Abstrusa pertinentibus occupati essent, glossarum Abolita iacturam aliquatenus esse factam appareat. Ex Hispania liber in Italiam (2) venit, ubi ita transcriptus est ut inter glossas Abstrusa et glossas marginales (partim Abstrusa, partim Abolita) omne discrimen evanuerit. Qua ex transcriptione confusa (*A*) provenerunt duo nostri testes, *v* (Vat. lat. 3321, c. ann. 750 Romae, ni fallor, exaratus ; cuius apographum Goetz in Corp. Gloss. Lat. IV, pp.3-198 publici iuris fecit), *a* (Casin. 439, saec. X exaratus ; cf. Loew, Benev. Script., p. 350).

Erant profecto alibi codices Abolita proprii ; certe in Bavaria, ubi tempore Caroli Magni coadunatio grandis plurimorum glossariorum per monasteria eius regionis disseminabatur, glossarum manipulis singulorum glossariorum suo quoque fontis indiculo in margine posito signatis. Nam in hac coadunatione (*Gloss. Monac.*) glossis Abolita siglum *L* adscriptum est, glossis autem Abstrusa siglum *V* (cf. Goetz, Corp. Gloss. Lat. I, p. 302). Eheu ! ne Bavaricis quidem libris pepercit Fortuna. Ad unum omnes concipilati sunt et in scidulas invo-

(1) Prioris saeculi indicium illud quod Goetz dubitanter (Corp. Gloss. Lat. I, p. 125), confidenter Wessner (ibid., p. 313) ex codice Matritensi eruerunt nihil est nisi probatio pennae, male a Goetzii discipulo intellecta, *filius gloriosissimus*, etc. (in quae verba liber quem glossarium sequitur desierat).
(2) Cf. Journ. Phil. 34, 268.

lucris novorum codicum aptas redacti. Quibus ex involucris nuper eruit aliquot scidulas Gul. Meyer, sed tam misere habitas ut earum testimonium in hac editione raro audeam citare. Satis sit semel in praefatione haec proferre, tamquam specimen portionum siglo *L* signatarum :

(1) (Cf. infra TRI 5).
Tracula est telum ponderis.
Trama tumor crure et duritia et indentione ruorum ex lassitudine.

* * * * * *

Ecce novam glossam Festinam (cf. Fest. 495, 12 *Tama*; Class. Quart. 20,103) in *A* praetermissam !

(2) (Cf. infra TU 16 sqq.).
Tuccitum : bubula conticla apud alpinos gallos.
Tumultuario : subito.
Tuburcinati propitiati.
Tuere : visio.
Tuburcinatus : hic propinatus, alibi turbatus.
Turturilla : ita dictum locus in quo corruptele fiebant.
Tubas : sonitus.
Tumultus : concitatio populi.
Turma : multitudo.
Tutela : custodia.
Turbine : tempestate.
Turbilum : ubi incenditur.

(3) (Cf. infra VA 10 sqq.).
Vastos : fluctus magnas undas.
Vadum : fortem.
Vallus : paulus.
Vasto : deserto.
Vasti rupes : magni scopoli.
Valla : manus cave in medio unde involare dicitur.
Vastus : profundus.
Valgis : in foras tumentibus.
Vatia : diversis plantis.
Vatamvibi...nam perdicae duae sunt inter se colligatae quae aserem sustinent proverbium sequitur vibi...

Ecce et novas glossas (in *A* praetermissas) et novam glossarum dispositionem, qua cohaerent inter se Vergilianae glossae (*Vastos fluctus*, *Validum*, *Vallos*, *Vasto*, *Vastae rupes*), cohaerent inter se Festinae (*Vola*, *Vastus* ?; *Valgis*, *Vatia*, *Varam vibia*) !

Nam miseri nostri et attenuati glossarum Abolita libri, *v* et *a*, nimis longe aberraverunt a pristina glossarum dispositione, et *v* quidem (cf. infra ad IM capitulum) longius quam *a*. O utinam, velut in glossario Arma (vol. II), ipsam pristinam dispositionem, secundum primam glossae cuiusque litteram, haberemus ! Utinam saltem proxime ab ea remotam, per AB- si non per A- ! Sed cum v. g. in capitulo CA glossae a CLA, CRA incipientes fuissent inclusae, in capitulo FA glossae incipientes a FLA, FRA (sic in CE glossae a CLE, CRE, etc.), strictior alphabetica reordinatio omnimodam turbationem intulit. Dolemus ; sed dolentes agimus Fortunae gratias quod non eo turbationis quo glossarium Abstrusa Abolita glossarium pervenerit ; nam hodie quoque aliqua-

tenus suum sibi locum obtinent glossae Festinae, Terentianae, Vergilianae. (Vergilianas ex eodem codice atque *Gloss. Verg.* provenisse docuit Weir, Bulletin Ducange 1, 111.)

Et Apuleianae ? Equidem vix pro explorato habeo Apuleïanas inesse glossas. Facile sane hanc vel illam Apuleio referre potuissem, nam hic scriptor miram copiam vocabulorum, et priscorum et recentiorum, exhibet. Frustra tamen quaesivi tam certa indicia huius fontis quam trium aliorum quos modo dixi. De qua re tu, lector, vide ea quae alibi scripsi (Journ. Phil. 34,275), perpende quanti valeant sigla huius fontis in meo libro posita, tum dato iudicium.

Neque possum dicere utrum aborigines sint an advenae eae interpretationes nominum Graecorum (*GRAEC.*) et Hebraeorum (*nom. Bibl.*) quae in *A* erant. Profecto si in aliquo Abolita codice, velut in codice unico (*Corp.*) glossarii Latino-Angli qui est in Corporis Christi apud Cantabrigienses collegio, Interpretatio Nominum eiusmodi ipsis Abolita glossis praecessisset, praemissae glossae in ipsum glossarium facillimam viam postea invenirent. Illud unum affirmo, eas Graecas voces partim ex Sacra Scriptura, partim ex Arte Rhetorica,. partim ex Arte Grammatica etc. provenisse, neque pro serio documento Graecae doctrinae esse habendas.

His quidem temporibus, doctrinae infaustis, cum a grandiore libro et ampliore praefatione me abstinere sim coactus, permittes, lector, ut intra fines glossarii *A* maneam et testimonium codicum *v*, *a* saepissime ex Libro Glossarum (*Ansil.*), rarius ex aliis glossariis corrigam. Profecto, si ea vera sunt quae in praefatione vol. I dixi, glossas Ansileubi siglo « De Glossis » notatas ex Abstrusa et Abolita neque ullo alio glossario esse haustas, possim meo iure glossario Abolita assignare omnes quae glossario Abstrusa non assignandae videntur ; porro, si recte disputavi de glossariis Corp., EE, Amplon. I, II (English Society Publications, VIII), ex iis quoque lexicis novas multas glossario Abolita vindicare possim, ne de aliis glossarum collectionibus ex Abolita et Abstrusa haustis dicam (Gloss. Monac., Affatim — quod glossam, quam modo memoravi, Vergilianam *Validum* ex Abolita sumptam servavit —, Abba vel Sangallensi, Abavus, Ab Absens, etc.). Malo tamen te hic monere hanc collectionem, quae in *v a* est, non esse plenam, et de ea re quae virorum doctorum maxime interest, de Festinis Abolita glossis extra hos duos codices servatis, in vol. II meae editionis Festi fusius disputare.

Malo etiam, quamquam aliquantum temporis in codicibus *v* et *a* scrutandis impendi, hic de iis tacere, te potius ad ea quae Goetz scripsit (Corp. Gloss. Lat. IV praef .) et ea quae ipse addidi (Journ. Phil. 34, 267-270) referre. Varias eorum lectiones plenius exhibet Goetz (C. G. L. IV, p. 4-198). Breviter, sed, spero, non obscure praefatus sum. Lector, vale.

W.-M. LINDSAY.

ABOLITA

AB

[Abolita : abstersa, deleta.] 2. [Abutitur : contemnit.] 3. [Abige : expelle.] 4. <Amnestia ?> : abolitio <id est> deletio gestorum. (GRAEC.) 5. Ab oris : a finibus. (=SU 21 ?) 6. [Abesto : absens esto.] 7. [Abdicant : respuunt, repudiant.) 8. [Abstrusurus : occultaturus aut absconsurus.] 9. Abditum : absconditum. (Aen. 9, 579 *-ta* fem.) 10. [Abstrusum : remotum, latens.] 11. [Abdicat ; repudiat, expellit, alienat.] (=7 ?)

Aborigines : convenae originis obliti. (Fest. 17, 19) 13. Abnuit : negat, non consentit. 14. Abolere : oblivisci, neglegere. (Aen. 4, 497 ?) 15. <Ausonia Italia dicta> ab Axonio (Ausone) Olixis (Ul–) et Calypsis (–us) filio. (Fest. 16, 23) 16. Abiugat : dissolvit. (Fest. ?) 17. [Habilem : aptum.] 18. Abscedit : discedit. (=22 ?) 19. [Abutitur : male utitur, abusive utitur.] 20. [Abiurasse : intercepisse periurio.]

[Absurdum : dispar.] 22. [Aberit : discedit.] (?) 23. Abeas : discedas. 24. Abest : deest. 25. Abstraxit : sequestravit. (Andr. 519 ?) 26. Abdidit <se> : recepit <se>. (Hec. 175 ?) 27. Abstraxit se : revocavit se. (?Hec. 297 *-xi me*) 27a. [Abodos (?) : dementes.]

[Abiurare : negare.] 29. Abolere : abstergere. (Aen. 1, 720, etc.) 30. [Abruptis : apertis.] (Aen. 3, 199) 31. [Abortis (ob–) : subito natis.] 32. Abducere : separare. (Aen. 10,79, etc. ?) 33. Abhorrere : adversum esse. 34. Abreptus : raptu abductus, sublatus.

35. Abennezer : lapis adiutorii. (nom. Bibl.) 36. Absonum : non simile sono. 37. Abiectus : iactatus. 38. Absurdum : stultum. 39. Abductus : ab isto loco duc-

---

